cis redeundi licentiam conceder
ventinus Potestas de suorum
lio, & maxime virorum relig
scere dictis, tam quia prope h
aderat, tum quia propter inn
titudinem captivorum, quos
tum quia longi itineris reversio
ad clamorem tubarum utrinque
tum cives cum suis ad propria
Anno Domini M.CC.XXXV
Ita planxerunt Ravennates, A

in domibus burgorum apponendo. Quinta die præcepta Potestatis Faventiæ juraverunt adimplere, & ei obsides viginti inducendos Faventiam concessere. Et die eodem, dum per medium castrum Melduiæ, & per civitatem Liviensium cives ceperunt victorias, & portatunt aquilas, ultra quod dici potest, recipiuntur honorifice hoc modo, videlicet cratetes magnos statuerunt per stratam ad bibenda vina, & tenentibus Meldulensibus & Liviensibus in dexteris cyathos, vina biberunt, recepereque lætitiam cives & honorati Faventinorum.

A

Nota tenorem pacis, videlicet quod retinebunt cives amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis, & quod dabunt castrum Communi Faventiæ, quotiescumque voluerint, & quod accipient Potestatem de civitate Faventiæ in perpetuum, & quod jurabunt sacramentum annuatim Faventinis, & quod facient guerram inimicis Faventinorum ad voluntatem Potestatis Faventini & totius consilii, & quod facient milites, & imponent arma pro guerris civium, & quod tempore guerræ nullam cum inimicis Faventinorum facient conventionem; illud idem in civitate Popiliensi sacramentum jurabunt.

B

Quando Faventini ceperunt arcem de Monte majori.

CAPUT CCXI.

POst gloriosum Virginis partum anno M.CC. XXXVI. mense julii equitaverunt milites portæ Montanariæ una cum eorum peditibus, & pedites portæ Imolensis cum eis apud castrum seu arcem de Monte-majori, quod inexpugnabile ab omnibus judicabatur, ubi Teotonici Imolensium, & voluntate quorumdam de terra contendebant, ut Faventini & alia circumstantia possent obtinere loca; dictum castrum & arcem præliando ceperunt, quod postea vicina Romania dolore ducta ignis flamma cremari vidit.

C

Quando Faventini misere quinquaginta milites apud Mantuam in servitium societatis Lombardiæ.

D

CAPUT CCXII.

SUb anno Domini M.CC.XXXVI. mense septembris miserunt Faventini in servitium societatis Lombardiæ apud Mantuam & Brixiam quinquaginta milites cum victualis & aliis necessariis optime præparatis ad serviendum, & cum eis dominum Robacontem de Mandello eorum Potestatem ad resistendum, ne dominus imperator de Alemannia rediens in Lombardiam descenderet, cum apud Villam-francam & Fontanas existeret; & iis invitis, adjutorio Celini, & Salinguerræ, & etiam Cremonensium, Parmensium & Mutinensium descendit, ubi ingens adfuit timor & tremor propter traditionem quorumdam, & sic completa est prophetia Michaelis Scoti, qui dixit: Sic Brixia vexilla fugit &c.

E


Quando

Quando Faventini iverunt Brettonorium ad pontem sancti Gervasii.

C A P U T CCXIII.

ANno M.CC.XXXVI. prima octobris Faventini Forolivium prætergredientes usque castrum Brettonorii equitaverunt, & dum ibi moram facerent, viderunt Cæsenates more solito vineas & arbores Monticli depopulare, sed Faventinis visis animo alacri & vultu sereno, quod lingua nec posset exprimere, ad Faventinos, ceu vidissent Angelos Domini, accesserunt festinanter. At cum populus Faventinus audisset illuc Cæsenatum ascendere populum, quem diu videre optaverat, ascenderunt & ipsi, & præ nimia jubilatione intimi cordis mutuis vultibus flentes sese amplexati sunt. Ulmos vero Urani & arbores antiquissimas in opprobrium hostium incidentes in domibus burgorum ex parte utraque ignem apposuere, & fere juxta plebem ascenderunt comburendo hostiliter. Demum apud Mallianum cum Cæsenatibus super Aquæductus seu Lagoduci aquam die Lunæ hospitarunt, & omnia perpetrarunt hostiliter. Altera die una cum Cæsenatibus juxta Forumpompilium transeuntes Faventini nihil fecerunt hostiliter, Deinde a parte inferiori villas Li-

viensium, Ravennatum & Ma
cti Thomasoli, Carpenellum,
Girisagum, sanctum Zachariai
sianum, Erboscollum, villam
strocario remanente ad ultimun
fossato ingenti flamma cremart
inde Faventini & Cæsenates a
Gervasii, quem Ravennates su
juxta mare mirabiliter & arte
bus mootonibus seu castellis e
A veis magnis & profundis fecer
& Livienses interea Cerviam
sus iter agebant, Ariminense
nam & Forolivium, Cæsenat
negare non potuerunt. Quap
milites una cum Cæsenatum m
Pratariam applicaverunt veloci
vennates, qui ad dictum pont
electi fuerant, eis visis tanqu
antiphrasim, honorem suæ m
portantes, castra seu munitio
reliquerunt. Quibus auditis F
nates flamma ultrici juridicum
B pbum, & apud Castillionum
martis eum utroque populo pe
cure. Die vero tertio usque
retrogredientes, ibidem sese v
propria per eamdem viam lau
revertuntur.



) P S I S
F A V E N T I N Æ
O DESCRIPTÆ

ː T

A N I M A D V E R S I O N E S
N O T Æ,

rii vero sanctæ Mariæ foris portam, & Johannis abbatis ejus cœnobii superest prima pagina ad annum 883. in tabulario hujus loci.

Ad prædictum caput, Johannes consul de stirpe Valentini non immerito credi potest Joannes ille consul, qui ut testis legitur in pagina supradicta donationis anni 883. factæ Johanni abbati S. Mariæ foris portam a Dominico archidiacono Faventino.

Ad idem caput. Factum duorum infantium,
A quod narrat Tolosanus, omittit Tonduccius in sua Historia.

Ad ipsum caput. Tiliaveria, plebes S. Mariæ in Centumlicinio, S. Stephani in Catena, S. Johannis in Libba seu Fusignano, S. Petri intra silvas, sive de Bagnacavallo, S. Stephani in Barbiano, S. Agathæ, & S. Petri in Bussito, quæ erant in duobus forestis concessis episcopatui Faventino, a Luitprando rege sunt loca notissima omnibus Faventinis.

Ad idem caput, Magnus Carolus dux Francorum pater Pipini, & avus Caroli-magni fuit
B Carolus Martellus dictus. Affertur in eodem capite origo dominorum Caminiciensium, qui familiam nobilissimam propagarunt in urbe Faventina.

Ad caput XII. Duplex describitur Caroli Magni adventus in Italiam, alter contra Desiderium Langobardorum regem, quem cepit, & captivum duxit in Galliam annis 773. & 774. alter contra Romanos, qui dicebantur Leonem III. pontificem maximum excæcasse, ejusque linguam præcidisse anno 799. Utraque vice dicitur, Carolum usum fuisse opera etiam militum Faventinorum.

C *Ad caput* IV. Legitur coronatio Caroli Magni in imperatorem Occidentis anno 800., leguntur etiam ejus victoriæ contra populos Saxoniæ, & Saracenorum.

Ad caput V. & VI. Narrat Tolosanus ad annos 1096. & 1099. invasionem Terræ-Sanctæ factam a Massamuto Saracenorum principe, & recuperationem Hierosolymitanæ urbis factam a Balduino, Gothifredo, & Boemundo principibus Christianis, quorum primus electus fuit rex Hierosolymorum, secundus comes Ascalonæ, ter-
D tius princeps Antiochiæ.

Ad caput VII. Redit Tolosanus ad Constantinum Magnum imperatorem, cujus miraculosas visiones, sequutamque inde Constantinopolitanæ urbis ædificationem, & translatum in Orientem imperium anno 325. describit.

Ad caput VIII. Preces ad Deum effusæ a Petro archiepiscopo Ravennate, quem comes Thusciæ Tigrimus apud Mutilianum castrum in

vin-

vinculis detinebat; melius tamen conjungerentur eæ preces cum capite xi. ubi de Tigrimo agitur, & de Englarara ejus conjuge Mutiliani castri domina, & etiam de Petri captivitate.

Ad caput ix. Legitur destructio urbis Foripompiliensis facta a Grimoaldo rege anno 630. sed lege 667. & reædificatio, in qua adjutores fuere Faventini. Adeo implexus & vitiatus est totius hujus capitis contextus, ut ægre adducamur credere, ita fuisse a Tolosano exaratum; amanuensi igitur tota textus inordinatio tribuenda, quem proinde utcumque emendare, & ad rectam lectionem reducere curavimus. Dicitur Grimoaldus successisse Alboino, sed id intelligendum post multos alios reges intermedios; quod idem dicendum de aliis regibus Langobardis enumeratis a Tolosano in aliis capitibus; ut capite xi. Astulfus dicitur successisse Luitprando; nimirum intellige, post regnum aliorum Langobardorum principum.

Ad caput x. Prælia & obitus describuntur Palatinorum sub Carolo Magno, quæ referenda sunt ad annum 788. & non ad annum 815. ut refert Tolosanus, Subnectit mortem Caroli Magni, & successionem ejus filiorum in imperio & regnis. Aceretæ vallis supponitur comitatui Faventino a Lothario imperatore; Lautiranum restituitur ab eodem imperatore episcopo Faventino, Perdurat in eadem Acceretana valle ecclesia sancti Petri in Lutirano, parum dissita ab ecclesia matrice sancti Johannis-baptistæ in Acereta, quæ postrema jam a tempore divi Petri Damiani adjunctum habuit monasterium, ab ipso fundatum sub institutis eremi Avellanensis.

Ad caput xi. Agit Tolosanus de Tigrimo comite Thusciæ, & de Englarata ejus uxore filia Martini ducis de Ravenna, & de captione Petri archiepiscopi Ravennatis, & demum de Tigrimo filio Tigrimi cognominato: *Bibens-sanguinem*. De variis Petris archiepiscopis Ravennatibus viventibus seculo decimo, quo floruit Tigrimus, vide Tomum primum Annalium Camaldulensium. Petrus hic archiepiscopus defunctus est ante annum 974. quo Honestus ejus successor anniversarium fieri pro ejus anima mandavit. Tigrimus primus occisus fuit a Ravennatibus.

Ad caput xii. De Mnasio, Manasio, sive Manasse tyranno Faventiæ. Supprimit Tonduccius tyrannidis ejus acta, quæ Tolosanus producit. Valentinus quidam urbem a tyranno liberavit, auxilio exercitus, quem ipsi concessit Atto marchio Camerinensis. Attonis nomine suppleri potest series marchionum Camerinensium, ante Hugonem Magnum Camerini & Thusciæ marchionem, nam ad tempora Berengarii II. imperatoris, hoc est ad annum 949. refert Tonduccius tyrannidem Manasii.

Ad caput xiii. De comete, qui apparuit anno 1011. & de pluvia sanguinis. Tonduccius refert ad annum 1113.

Ad caput xiv. Incendium urbis & matricis ecclesiæ Faventinæ cum deperditione antiquorum instrumentorum anno 1045. Memorat eam jacturam Eutichius episcopus Faventinus apud Tonduccium pagina 153. ex tabulario Capitulari canonicorum Faventiæ. Turris in Caminiza videtur fuisse in Tiliaveria.

Ad caput xv. Destructio urbis Foroliviensis facta a Ravennatibus, & feminatio salis, ne ea de cetero reædificaretur. Verum Faventini opem
tulere ad ejus reædificationem
Tolosano eam refert ad annu
codice nostro perspicue legitur
cobus Moratinus in chronico
nalibus Foro-liviensibus asserit a
sed silet seminationem salis.

Ad caput xvi. De origine &
ventiæ. Præter paucissima huc
caput xvi. amplius legi nequi
itiis omnino characteribus, &
ria abrasis, sicut etiam sequens
structionem continens castri Ba
siaga) exceptis postremis ejus
quibus colligitur, Faventinos a
mitissæ Mathildis castrum, mu
strasse Basilaci anno 1070., sic
nempe Ravennates destruxerat
cum, qui dicebatur Curtis, i
norum, licet is locus pertin
comitissam Mathildam.

Ad caput xviii. Prælium F
no 1075. in campo de Contra
nates, quorum etiam digitos
anulos eorum extorquerent.
Contra ignorat Tonduccius, f
præliis locum eumdem nomina
sertim capitibus xlii. & xlii
& 1145. In archivo Capitul
Faventiæ mentio fit Campi de
ra dotationis Unganæ filiæ Ug
vii. februarii anni 1143. Indi
filiaeo; parumque remotum
Contra a villa Russii eruitur
capitibus. Campum Contratum
Hist. Ravennatis Lib. V. pag
factumque hocce refert pag.
etiam in hoc capite villa de
parum dissita a loco, ubi m
Pontis exsurgit ecclesia sancti
cus sive fundus legitur ad au
chivo Azzurinio.

Ad caput xix. Affertur obsi
tinæ facta ab Alberico Manfre
is una cum Rainaldo de Ra
vello de Ugone, aliisque nobili
nus destruxerat & combusserat
tinus, exiens e civitate Faven
cepit & Ravennam, irritavitq
tiam Ravennates & Marchia
qui cum exercitu venerunt c
Nominantur in eodem capite G
do, & Accarisius. Pariter Gu
Thusciæ, qui venit ea occas
Faventinorum. Ecclesia S. An
go Portæ Pontis Faventiæ. Men
Rubeus Lib. V. pag. 316. pug

Ad caput xx. Exitus aliori
civitate anno 1115. inter quo
Manfredo, & Suardus de Mu
rem tunc non exivit, sed dom
mibus illorum fecit.

Ad caput xxi. Faventini
1124. castrum Cunii, & com
mul etiam Ravennates, qui i
auxilium comitum se reclusera
nii erat ultra fluvium Senii,
locum, ubi nunc exsurgit Coti
ejus loci famosi & clari hoc
culis. Perdurat hæc familia i
ra marchionum *Belgiojoso* fam
cum de Barbiano illustrissimu

Italia & in urbe Faventiæ anno 1142.

Ad caput xxxiv. Destructio castri Serræ facta a Faventinis anno 1134. in vindictam comitatus Imolensis, qui arma sumserat contra Faventinos. Inter captivos ea occasione factos a Faventinis recensentur Ugolinus comes Donigaliæ, Guido comes Bagnacaballi, & comitissa mater magni Malavicini. Castrum Serræ erat versus montem. Rubeus quoque refert hoc prælium ad pag. 326.

Ad caput xxxv. Prælium adversus Ravennates & Imolenses commissum a Faventinis cum auxilio Bononiensium apud rivum Sanguinarium anno 1138. Rivus Sanguinarius est inter fluvios Santernum & Senium, media ferme via inter Imolam & castrum Bononiense. Apud eumdem rivum olim Faventini occiderunt legatos filii Luitprandi regis ad patrem, ut narrat Tolosanus capite primo suæ historiæ. Comites Cunii, Bagnacaballi & Donigaliæ nominati in hoc capite, infesti plurimum erant Faventinis. Rubeus pag. 332.

Ad caput xxxvi. Faventini pergunt in auxilium Bononiensium adversus Mutinenses, omniaque comburunt, præsertim in partibus Nonantulæ anno 1146.

Ad caput xxxvii. Incenditur castrum Solaroli & destruitur a Faventinis anno 1138. Nominantur inter proceres loci Filguirardi & Guilielmi. Solarolenses infestabant agrum Faventinum usque ad sanctum Julianum, hoc est fere usque ad portam Imolensem, extra quam exsurgebat olim ecclesia sancto Juliano dicata, nimirum ad circlam Communis Faventiæ.

Ad caput xxxviii. Idem factum de Castello-novo & de castro Limitis-alt anno 1136. quorum castellani divexabant Faventinos usque ad Runcum ducis; quare Faventini una cum Imolensibus eorum castra diruere. Roncus-ducis videtur fuisse, ubi modo dicitur *Ponte-rondoso* extra portam Imolensem.

Ad caput xxxix. Prælium Faventinos inter & Ravennates apud S. Petrum in Laguna anno 2136. Petrus dux & Guilielmus Traversarii erant ductores exercitus Ravennatum. Meminit & Rubeus, citato canonico Tolosano pagina 326. his verbis: *ut Tolosanus memoriæ prodit, cum hoc tempore Ravennates scriptores desint*. Notissimus est situs ecclesiæ S. Petri in Lacuna.

Ad caput xl. Describitur captio xl. juvenum Faventinorum facta a Liviensibus, dum illi oppugnabant castrum Castelli leonis anno 1142. De hac & sequenti oppugnatione Rubeus pag. 320.

Ad caput xli. Alia oppugnatio ejusdem castri facta a Faventinis anno 1144. sed frustranea, ob proditionem Rodulfi Geremei Bononiensis, cujus nepos erat episcopus Liviensis, hoc tempore eam sedem tenens. Aggrediuntur postea Faventini exercitum Ravennatum super ponte de Runco fluvio Liviensium.

Ad caput xlii. Prælium contra Ravennates apud sanctam Luciam, vulgo *S. Lusa*. Advenerant in auxilium Ravennatum Veronenses, Ferrarienses, Marchiani, Cervienses & Conradus marchio, præter Livienses. Prostrarunt Ravennates turrim campanariam plebis Corletæ. Faventini hostium exercitum persecuti sunt usque Lanzolas. Albericus de Manfredo, & ejus filius Guido, Bernardinus de Caminiza ex Fa-

ventinis occubuere; ex hostibos autem periit vel cessit in certamina Patrus de Traversaria ductor exercitus Ravennatum cum aliis nobilibus. Meminit Rubeus pag. 330. Corleta vocabatur plebs S. Stephani in Colorita. Lanzolæ locus erat prope Anriolum; nam in quadam charta archivi Aazurinii ad annnm 1391. spectante legitur venditio terræ in Auriolo in loco dicto Lanzola.

Ad caput XLIII. Caput caret titulo, sed continet prælium Faventinorum commissum apud S. Luciam contra Ravennates, auxilio Vitriæ nobilis comitis Francl anno 1080. Narratio sensu imperfecto interrumpitur in medio. Cesaraula prope Faventiam, villa Russi, Albaretum, Prata, Campus de Contra nominantur in hac descriptione. Cyrotellam, quam pignoris loco dedit comes Vitria legatis Faventinis explicamus pro chirotheca, non pro annulo, ut intellexit Zuccolus in historia MS. Faventioa. Rubeus prælium hocce memorat Libro V. pag. 306. qui Vittiam comitem Vineam appellat.

Ad caput XLIV. Faventini comitem Guidonem Guerram adjuvant pugnantem contra Florentinos apud montem de Cruce annis 1147. 1148. 1149. quod castrum demum fuit destructum.

Ad caput XLV. Homines de Cunio cum ipsorum comite fugantur a Faventinis anno 1145.

Ad caput XLVI. Ab iisdem Faventinis omnino destruitur præfatum Cunii castrum anno 1147. furore populari, licet comes civem se fecisset Faventinum. Rubeus pag. 333.

Ad caput XLVII. Imolensis urbs obsessa a Faventinis simul & a Bononiensibus anno 1148. qui reædificaverunt castellum Imolæ, & castrum sancti Cassiani. De hoc prælio Rubeus Lib. V. pag. 333.

Ad caput XLVIII. Castrum Imolæ combustum ab Imolensibus, & postea reædificatum a Faventinis anno 1150. Occisi ab Imolensibus Guido de Malabuca comes Bagnacaballi, & Rainuccius de Zonatello. Donatellum Rubeus, Tornarellum Tonduccius appellant, Rubeus pag. 334. Tonduccius pag. 192.

Ad caput XLIX. Bellum magnum commissum ante portam Imolensem a Faventinis, ope etiam comitis Guidonia Guerræ anno 1151. Perspicue in ipso capite prope finem legitur; *In fine autem anno*, non altero anno, ut existimat Tonduccius, asserens banc postremam esse meliorem lectionem in codice. Pax demum concluditur Imolenses inter & Faventinos, ac Bononienses. Nominatur porta Imolensia urbis Lavisca dicta.

Ad caput L. Igne comburitur anno 1151. urba Faventina una cum majore ecclesia, excitato incendio in domo Girardini de Farulso. Ad calcem paginæ in codice, aliena manu posteriori legitur: *Credo, quod iste Girardinus de Farulfo fuerit de Farulfo de Marciano de Faventia*. Girardinus nominator in charta anni 1155. apud Tonduccium pag. 195. sæpius vero in atchivo Capitulari.

Ad capita LI. LII. LIII. Frideticus electus Romanorum imperator anno 1155. schisma in ecclesia fovet anno 1159. contra Alexandrum III. Romanum legitimum pontificem, adhærens tribus pseudo-pontificibus Octaviano seu Victori IV. Guidoni Cremensi seu Paschali III. & Johanni de Struma seu Calixto III., donec anno 1177. schismate ejurato Venetiis, Alexandrum pro vero pontifice agnoscit, pacem redonans ecclesiæ. Ubaldus de Seniorello Faventinorum rector sæ-

pius nominatur a Rubeo, sed
chartis Faventinis, & præsertim
Sub ipso Ubaldo militaverunt F
vitium Friderici imperatoris adv
nenses.

Ad caput LIV. Destructio urbi
facta a Friderico Imperatore ann
Mediolanenses in Hungariam s
comitatum Colocacnsem, ædifican
cam villam; aliam civitatem vo
A Plerique confugerunt ad Sarace
loco, cui nomen fecere *parvum*
doctrinam Nicolaitarum amplecte
no fidem præstamus.

Ad caput LV. Fridericus imper
venit, hospitatus in domo Guid
fratrum in Broilo anno 1165.
tini coram eo vario armorum e
Conradus filius nascitur ipsi &
apud Mutilianum castrum co
Guerræ.

Ad caput LVI. Nuncii ejusd
B episcopus Leodiensis, & Wibald
lensis veniunt Faventiam anno 1
pro eodem imperatore & pro s
tificibus excepturi. Quantum ex
tritia fere characteribus, videntu
tatem etiam Rambertus episcopus
abbas sanctæ Mariæ, contra id, q
duccius.

Ad caput LVII. Idem impera
sidet; apud montem Porcium p
la pestifera, appellata *Omnes ba*
ipsius invadit anno 1167. Obs
& pestilentiam in exercitu Frid
C ris memorat etiam Otto de San
chronico ad annum 1166.

Ad caput LVIII. Reædificat
anno 1167.

Ad caput LIX. Construitur ur
hominibus Gulielmi marchionis
ic denominata ad honorem Al
no 1167.

Ad caput LX. Ipsam Alexand
perator Fridericus anno 1174.

Ad caput LXI. Lombardi red
mperatoris Friderici anno 117
pacta rescindunt.

D *Ad caput* LXII. Prælium apu
ter exercitum imperatoris & ex
lanensium anno 1175.

Ad caput LXIII. Fridericus i
venit Faventiam anno 1167. ex
tini ipsum ducunt ad plebem C
S. Martinum in Strata ad fines
fensus imperator, propter Fa
temptum, diripiendos agros usq
& prædanda animalia exercitu
postea dimittit offensam.

Ad caput LXIV. Pax apud
mata imperatorem inter & L
E 1193.

Ad caput LXV. Capta Hierosol
Saracenorum principe anno 118

Ad caput LXVI. Fridericus i
anno 1189. ad recuperandam T
moritur in flumine Ferro (S
lant) anno sequenti. Conradus
Suaviæ, hoc est Sueviæ, ductor
mortem patris, adjutorio princip
& Leonis regis minoris Armen

Ad caput LXXV. Duo Castellani Castrileonis
Guilarinus & Basadonna per proditionem deci-
piunt Faventrinos anno 1170. ipsos in rete tra-
hentes sub falsa pollicitatione tradendi castrum.
Çombustum castrum Rasanariæ a Faventinis.

Ad caput LXXVI. LXXVII. LXXVIII. Aliud
prælium Faventinorum apud sanctum Varanum
prope castrum Latini contra Ravennates & Li-
vienses, in quorum auxilium etiam venerant
Cæsenates, Foropompilienses, Brettonorienses,
A Cervienses, Castellileonenses & Galiatenses an-
no 1170. Concinnem habuit in eo prælio pro
Ravennatibus Guido de Ubertino, pro Faventi-
nis Thedericus de Guillelmo. Decepti fuerant
Faventini ab Ubaldo de Pirrignanu Foroliviensi
captivo pedes ipsos, promittente se daturum ip-
sis castrum Larini, in quo partem habebat, si
ab eorum manibus liberaretur; sed liberatus U-
baldus secretum Ravennatibus & Liviensibus
aperuerat. Cessit nihilominus victoria Faventi-
nis, qui captivos fecere plures ex hostibus, in-
ter quos Petrum Traversarium, Albertinum de
B Officia, Jeremiam de Polenta aliosque. Consu-
les Faventinorum erant comes Julianus, Ugui-
zo de Attis, Bernardus de Caminitia, Marzo-
lus, Aureos, Petrus Pozzetus, Rosticus de Ber-
to, Faventius Fantinelli. Prælium commissum
fuit juxta silvam Ingici Petri Guidonis. Guido
de Ingiza nominatur in instrumento tabularii
Azurinii ad annum 1138. Meminit hujus præ-
lii Rubeus pag. 348.

Ad caput LXXIX. Faventini burgum Sclava-
niæ prope Forolivium capiunt & comburunt
anno 1171.

Ad caput LXXX. Prælium Faventinorum anno
C 1170. apud sanctum Proculum contra Raven-
nates, qui Imolenses allexerant ad ferendum
sibi auxilium, sicut etiam allexerant Malvici-
num comitem Bagnacaballi & Bononienses,
frustra tentatis Guidone Guerra comite, & Erro
de Malpilio. S. Proculus est plebs quæ modo
appellatur plebs de Ponte, sive de S. Proculo.
Parum distabat ab ea ecclesia hospitale dictum
S. Ægidii. Citato Tolosano prælium hocce re-
fert Rubeus pag. 349.

Ad caput LXXXI. Pax inter Faventinos, Bo-
nonienses & Ravennates anno 1171. Hi po-
stremi venerant contra Faventinos ad plebem
D sancti Andreæ in Panigali cum Foroliviensibus,
Popiliensibus, Cæsenatibus, Brettonoriensibus,
Ariminensibus & Cerviensibus. Bononienses au-
tem congregaverant fortissimum exercitum con-
tra eosdem Faventinos. Sed mediatores pacis
fuere Guido de Ramberto potestas Faventino-
rum, & Guillialmus de Marchesella, qui mis-
sus fuerat ad opem præstandam Faventinis a
Ferrariensibus, & Petrus Traversarius; quæ
tamen pax reprobata fuit a populo Faventino,
quia interea illæsum perdurabat castrum Castel-
li Leonis, ob quod inceptum fuerat hujusmodi
bellum. De hac pace agit Rubeus pag. 349.

E *Ad caput* LXXXII. Ignis validus in urbe Fa-
ventina anno 1171. a sancto Bartholomæo ad
portam Ravennatem, & ab ecclesia S. Petri &
sancti Salvatoris ad ecclesiam sancti Stephani.

Ad caput LXXXIII. Anno 1174. vehemens
ventus in eadem urbe, qui in terram prostravit
Crucem magnam ecclesiæ majoris.

Ad caput LXXXIV. Faventini anno 1173. ar-
ma sumpsere contra Petrum comitem Castrica-
rii, licet is foret magnus civis Faventinus, ut

O 2 auxi-

auxilium præberent Guidoni Guerræ comiti, qui tuebatur contra Petrum Castrocariensem jura Rainerii comitis de Ravaldino. Titulus hujus capitis in codice videtur emendandus, eum dicat: *Quando Faventini juverunt Petrum comitem Castricarii*. Faventini ædificant castrum Carpeneti intra curiam Castrocarii. Guido guerra obsidet castrum sancti Petri in Cerreto, quod erat comitis Petri. Idem Petrus auxilio comitis Cavalca & abbatis de Galiata se tuebatur.

Ad caput LXXXV. Obsidio castri sancti Cassiani facta a Christiano archiepiscopo Moguntino cancellario Friderici Imperatoris auxilio Ravennatum, Faventinorum & Imolensium anno 1175. Johannes Strumensis, qui & Calixtus III. antipapa, morabatur tunc Faventiæ. Rubeus pag. 350.

Ad caput LXXXVI. Faventini & comes Guido Guerra capiunt castrum Mutiliani anno 1178. quod dicebatur castrum Plani de Monte, ad hoc ut incolæ ad arcem Mutiliani se conferrent. Concessum tamen est dictis hominibus habitare apud plateam sancti Donati; & obtinuerunt protectionem Faventinorum.

Ad caput LXXXVII. Iidem Faventini Imolensibus bellum, aliudque comiti Guidoni Guerræ intuleruot anno 1179. ut defenderent Mutilianenses, contra quos idem Guido cancellarium imperatoris Christianum accersiverat. Utromque bellum triennio perduravit.

Ad caput LXXXVIII. Ancona obsessa ab archiepiscopo Moguntino & a Venetis anno 1173. Lombardi urbem liberarunt.

Ad caput LXXXIX. Idem archiepiscopus obsidet Castrocarium, quod defendebant Faventini, anno 1179.

Ad caput XC. Prælium Faventinorum contra eumdem archiepiscopum apud Certum anno 1179.

Ad caput XCI. Imola obsessa a Faventinis & a Bononiensibus anno 1180. In codice non recte legitur anno M.LXXX. Captio militum Tuscanorum facta a Faventinis apud arcem Mutiliani.

Ad caput XCII. Conradus Marchio de Monte-ferrato captivum facit Christianum archiepiscopum Moguntinum, quem postea pretio accepto liberum dimittit anno 1181. Marchia de Guarnerio, hoc est Anconitana devastata ab eodem archiepiscopo.

Ad caput XCIII. Ducenti pedites Imolenses capti a Faventinis anno 1181. apud Moredanum seu Mordanum oppidum Imolensis diœcesis, sive locum dictum apud sanctum Anastasium in titulo hujus capitis.

Ad caput XCIV. Pax statuta Faventinos inter & comitem Guidonem Guerram anno 1181. Reædificatur castrum sancti Cassiani. Bizantium annue promissum Faventinis a Guidone comite erat species monetæ.

Ad caput XCV. Faventini anno 1181. in auxilium pergunt Ubertini de Tebaldo Dusdei civis Ravennatis contra Petrum Traversarium ob discordias inter eos motas occasione hæreditatis Johannis ducis de Ravenna. De Johanne duce Ravennate, genero Petri Traversarii, defuncto anno 1178. videantur Annales Camaldul. T. IV. pag. 78. Ea de causa destruitur castrum S. Petri ad Vincula in agro Ravennate. Exsurgebat ibidem abbatia ordinis Camaldulensis, appellata S. Petri ad Vincula, ædificata olim a sancto

Stephano Hungariæ rege. Comb
Cortinæ. De hoc prælio agit
IV. pag. 353.
Ad caput XCVI. Destructio b
balli facta a Faventinis simul &
bus anno 1181., sed reædificat
bus tamen Comitibus Bagnaca
nuum Bizantium Faventinis. R
Ad caput XCVII. Montanarii
A 1183. solvere collectam Favent
de eorum castella aggrediuntu
Burros Mediolanensis Faventino
no 1184. eosdem montanarios
standam collectam. De loco
aspero & declivi.
Ad caput XCVIII. Lucius II
ximus Faventiam venit anno 1
Ad caput XCIX. *&* c. Comes
gatus Imperatoris Friderici in
venit anno 1185. & circa eam eu
tonicorum, & multorum auxili
lia castra figit. Oratio ea occas
B sulis ad Faventinos, ut animum
rent. Prælium acerrimum, &
de hostibus reportata a Faven
Faventini eo anno Zambrasius,
reos, Rainerius sapiens, Rustic
no sequenti consules Ugo Roga
ei, Notevolbi, Rainerius Dru
Albericus Faventii tabellio, Ug
Ugo Saxii, Deusmededit. Com
Attis & Lambertus erant fauto
tra plebem, quæ Nobilium dom
vaserat; hi incitaverunt Berth
contra urbem & populum Fave
C pter post prælium, eorum dom
terram prostravere. Johannes er
ventinus, qui excommunicave
ripientem bona nobilium & m
ecclesiarum. Brocardus Teuton
Imolensium, qui renuerunt pug
ventinos. Historiam totam n
Lib. VI. pag. 357. Sed in codi
tinet ad familiam illustrem Fav
quique continet Tolosani histo
referuntur, quæ magis illustran
pularem Faventinorum, Johannis
pi sententia contra populum, ne
D Lucii III. Faventiam. *Anno* 11
bruarii, tempore Lucii papæ &
ratore gubernante, & venerabili
po Faventino, populus Faventin
stinctu afflatus, & lucifera ela
tuntam prorupit audaciam, ut
ad præcipuum & baptismalem
granaria & cellaria frangens,
frumenti ejus accipere libuit, t
ferre non titubavit, & consimil
hujus terræ monasteriis secundo
vit. Quo facto prædictus D. Jo
cum suis fratribus ecclesiarum
E *monefaciens, quatenus ab inc*
immani contumacia resipiscerent
ecclesiastica obedientes jurarent
perpetraverant, catholice emen
Hos vero episcopus credens conv
die in diem expectans benigne
sionem Domini, cum nullo modo
tionem benignas aures præberent
risum Clerum ducerent, die Asc
anathema & canonicum excomm

Alexium eum uxore & filio remittit in Græ-
ciam.
Ad caput cv. & cvi. Post Balduinum regem
Hierosolymitanum & Guillielmum Spatalongam
marchinnem Montisferrati, & filium alterius
Guillielmi, cui Balduinus in matrimonium tra-
diderat Beneseentam sororem suam, regnabat
in eodem regno Guido de Lisignano seu de Lu-
signano Pictaviensis, cui post mortem mariti
regina Beneesenta nupserat. Sub Guidona igi-
A tur rege anno 1183., fraude comitis Tripolita-
ni, a Saladino rege Damasci post invasionem
ceterorum locorum capta est Terra-Sancta &
Crux Dominica, præter Tyrum & Tripolim.
Ad caput cvii. Conradus de Monte-ferrato
filius Guillielmi marchionis patrem obsessum a
Barbaris in civitate Tyri liberat.
Ad caput cviii. Imperator Romanorum Fri-
dericus, reges Franciæ & Angliæ, & aliquot
archiepiscopi & episcopi ad Terram-sanctam re-
cuperandam diversis tempora perrexerunt.
Ad caput cix. Anno rr89. (in codice male
legitur 1199.) Johannes Faventinus episcopus
B cum ducentis civibus in Terram-Sanctam trans-
fretavit, ibique obiit. Rubeus ad annum 1199.
ejus mortem refert pag. 360. Interficitur etiam
marchio Montis-ferrati, cujus epitaphium pro-
fert Tolosanus, sed non uno in loco vitiatum,
forte amanuensis culpa.
Ad caput cx. Henricus rex Romanorum filius
Friderici imperatoris matrimonium init anno
1186. cum Constantia filia Rogerii regis Apu-
liæ, & amita Guillielmi regis. Interfuere hu-
jusmodi nuptiis celebratis in urbe Mediolani Fa-
ventini.
C *Ad caput* cxi. Idem Henricus cum uxore
coronatur post mortem patris Fridarici in im-
peratorem Romanorum anno 1191. a Cœlesti-
no III. pontifice Roma.n.
Ad caput cxii. Anno 1194. totam Siciliam
& Apuliam uxoris nomine subjugat Henricus
imperator. Barones vero regni Tancredum in
regem proclamant, cujus filium, defuncto pa-
tre, cum matre & sororibus Henricus in Ala-
manniam captivos transmittit, ut vidit ipse To-
losanus.
Ad caput cxriir. Anno 2195. præfatus im-
perator Favantiam vanit.
D *Ad caput* cxiv. Anno 1197. Henricus impe-
rator naturæ concedit in urbe Messanæ, filio re-
licto ex Constantia Friderico Rogerio.
Ad caput cxv. Comes Guido Guerra anno
1190. Baccagnanum castrum Faventinorum in-
vadit.
Ad capat cxvi. Faventini obsident Petram da
Mauro, vulgo *Pideuræ*, donec compellunt eum-
dem comitem Guidonem ad pacem anno 2191.
Ad caput cxvii. Diluvium aquarum anno
1192. quæ pervenerunt ad gradus ecclesiæ san-
cti Martini in Podio, & in urbe usque ad
palatium episcopi.
E *Ad caput* cxvrir. Faventini destruunt ca-
strum Baccagnani sub Antonino de Placentia
eorum potestate anno 1192. Hæc destructio fu-
sius legitur in supralaudato codice ms. familiæ
Pasiæ. *Anno* 1192. *Tempore Cœlestini papæ &*
Henrici imperatoris, episcopante D. Bernard
Papiense episcopo in civitate Faventiæ, Joachi°
mo ecclesiæ S. Petri præposito, Antonio vero de
Andito Placentino existente Potestate Faventino,
auctoritate nimia & fortitudine ipsam regente,
die

die XIII. *junii exeunte*. *Cum comes Guidus*
Goerra injuste cepisset castrum Baccagnani, &
optime paratum invitis Faventinis armata ma-
nu teneret, *quod quidem suum non erat*, *sed do-*
mini episcopi & *quorumdam civium*; & *homines*
de Baccagnano longo retro tempore communiter
dedissent se civitati, & *sub ejus protectione ma-*
nerent, *reddentes ob hoc ecclesiæ S. Petri an-*
nuum censum, *scilicet octo vel decem libras ce-*
ræ, *Faventinis instanter petentibus castrum sibi* A
dari, & *Comite penitus negante*, *egressi sunt*
unanimiter, & *præfatum castrum ita fortiter*
obsederunt, *quod nemo poterat egredi*, & *contra*
voluntatem Communis, *omniumque fidelium at-*
que amicorum ejus, *multorum generum machi-*
nis, *balistis sagittariis aliisque virtutibus illud*
intantum oppresserunt, *quod castellani timentes*,
ne, *si castrum præliando caperetur*, *omnes gla-*
dio interimerentur, *reddidere se* & *castrum cum*
omnibus, *quæ ibi habebant*, *secundum volunta-*
tem Potestatis, *rogantes*, *ut saltem eorum per-*
sonæ, *uxorum* & *filiorum salvarentur*. *Quorum*
petitioni Potestas annuens, *eos cum quibusdam* B
rebus, *paucis scilicet*, *liberavit*. *Et tunc Faven*
tini memoratum castrum funditus destruxerunt,
& *sic habita victoria*, *cum gaudio ad propria*
remearunt.

Ad caput CXIX. Eodem anno destructum fuit
castrum Petræ de Mauro; & castrum Devato
læ, hoc est Dovadulæ, cessum fuit a Guidone
comite Petro Traversario. Rubeus pag. 360.

Ad caput CXX. Antoninus de Placentia pote-
stas Faventinorum anno 1194. molendina con-
struxit in civitate Faventiæ.

Ad caput CXXI. Mensura pedis ponitur ad
majorem ecclesiam a Bernardo Sapiente Faven- C
tiæ anno 1195. quare in chartis veteribus sæ-
pius laudatur mensura pedis majoris ecclesiæ.
Erat & eadem mensura pedis ad portam Pontis,
& ad Portam Imolensem ex instrumentis ar-
chivi Capitularis; immo in paginis tabularii Az-
zurinii nominatur hæc mensura ad annos 1171.
& 1172.

Ad caput CXXII. Anno 1198. Faventini au-
xilium præstant Ravennatibus adversus Cæsena-
tes sub Guifredo Confalonerio eorum potestate,
Marcovaldo Henrici imperatoris legato Cæsena-
tibus defensionem præbente. Rubeus pag. 364.

Ad caput CXXIII. Faventini castrum super D
fluvium Cosnæ terminum ipsorum & Liviensium
ædificare incipiunt anno 1199. sub eodem Gui-
fredo potestate.

Ad caput CXXIV. Anno 1201. sub Majo Bo-
noniense Faventinorum potestate Faventini Li-
viensibus & Castellileonensibus bellum inferunt.
Eodem anno destruunt Flamanam. Nominatur
Guillelmus Rangonus potestas Bononiensium,
qui venerant in auxilium Faventinorum, qui-
que tamen Faventinos bellum adversus Livien-
ses prosequentes adjuvare renuerunt ad burgum
Sclavaniæ. Rubeus pag. 367.

Ad caput CXXV. Alia obsidio & destructio ca- E
stri Castellileonis facta eodem anno cum auxi-
lio Bononiensium, Guidonis Guerræ, Abbatis de
Galeata & Imolensium. Ravennates autem,
Popilienses, Brettonorienses, Cervienses & Ari-
minenses auxiliabantur Liviensibus. Sed jussu
Guillielmi Rangoni potestatis Bononiensium de-
structum fuit etiam castrum Faventinorum super
Cosnam, quod dicebatur castrum Portæ planæ.
Prælium apud montem Pozoli, vulgo *Pogiolo*,

in quo terga verterunt Ravenna
nicantur ab episcopo Liviensi Fa
combusserant & destruxerant
leonis. Rubeus pag. 367.

Ad caput CXXVI. Prælium a
Fractariam Liviensis urbis. Dest
tini, quod erat Liviensium. F
ventinos inter & Livienses a
episcopo Liviensi mille libris,
structione Castri Castelli-leonis
contra Ravennates pugnarunt I
fatum sancti Stephani (facile
ad Cortinam. Guido Tantiden
ventinorum. Rubeus pag. 368.

Ad caput CXXVII. Destructu
burgo Bagnocaballi sub Fantol
ventinorum anno 1205. Melvic
neocaballi. Pax firmata inte
Petrum Traversarium. Rubeus

Ad caput CXXVIII. Anno 1
do Rolandini potestate Faven
gunt ad silvam Plaulani ad sa
Rangla contra comitem Bert
Linarii & Plaulani. Ravennate
vienses, Popilienses, Cerviense
ses, Cæsenates, & Bonus come
in auxilium ivere Berthuldi.
Montem-cavallum & castellare
gnam invitant Ravennatenses,
ipsa detrectant.

Ad caput CXXIX. Faventini
senatibus apud Monticlum co
anno 1204. Rainuccius Scor
cives Cæsenates inter se discor

Ad caput CXXX. Iidem F
militem in auxilium comitis
contra Pistorienses occasione M
1206. & sequenti anno sub G
dino ipsorum potestate.

Ad caput CXXXI. Destructa
nis castra Castilunchi, Susinan
Pagani, renuentis obedire Gera
eorum potestati. Nominatur pl

Ad caput CXXXII. Faventini
ailiantur Bononiensibus contra
strum Suzaræ, quod erat Rhe
sum a Mantuanis. Azolinus
ejicit e Ferraria Salinguerram
& fit dominus Ferrariæ, fie
Montidos cives Veronenses ejici
manet sensus codicis in hoc c.

Ad caput CXXXIII. Anno
pacem fecere cum Faventinis;
rardino potestas Liviensium, C
dino potestas Faventinorum.

Ad caput CXXXIV. Otto I
in regem & imperatorem F
1209. coronatus & confirmat
III. Romano pontifice. Patria
missus ab eodem imperatore l
ad recipiendas fidelitates popu
ventiam. Otto similiter imperat
sanctum Proculum haud long

Ad caput CXXXV. & CXXXVI
relli, auxilio Cillini seu Ecc
de Tarvisio Ferrariam recu
facta pace anno sequenti cum
na Estensi, & cum Petro Tr
structis hujus postremi domib

Ad caput CXXXVII. Anno
rator iterum venit Faventiam

las Liviensium ibidem nominatis. Producit idem historicus aliquot carmina, infelicia profecto & incondita, olim posita ad figendos terminos utriusque urbis, Faventiæ & Livii. Contra Ravennates vero ædificarunt Faventini Castellum-Leonis.

Ad caput CLII. Lugii destructio sub eodem potestate anno 1218. Excommunicati propterea Faventini ab archiepiscopo Ravennate, cujus erat locus. Rubeus pag. 281.

Ad caput CLIII. Eodem anno idem Talamacius potestas quamdam communantiam armaturarum ordinavit; societatem scilicet armatorum, ut nos intelligimus.

Ad caput CLIV. Pax inter Faventinos & Livienses anno 1227. Bonifacius de Pusterla potestas Foroliviensis. Sumit sub hoc capite initium historiæ suæ Tolosani continuator, licet in factis, quæ narrat, non servet chronologicum ordinem.

Ad caput CLV. Episcopus Popiliensis sua castra dat in protectionem Faventinis, adjuvanda contra Livienses anno 1230. castra nimirum Suglioli & Basini, & medietatem vallis Archæ.

Ad caput CLVI. Anno 1230. Henricus filius rebellis contra Fridericum imperatorem patrem adjuvatur a Lombardis; renuunt Faventini se adjungere ceteris de societate Lombardorum. Ex portu Naonis, vulgo *Pordenone* in Forojuliensi ducatu, Fridericus navigat in Alemanniam, Henricus filius captivus factus relegatur in insulam quamdam Siciliæ.

Ad caput CLVII. Anno 1212. Cremonenses Fridericum imperatorem gloriose recipiunt; adversus ipsos pugnant Mediolanenses.

Ad caput CLVIII. Anno 1213. Cremonenses inter ceterosque Lombardos bellum committitur. Eodem anno Mediolanenses obsederunt Casellam, & a Papiensibus male tractati fuere apud castrum Leonis.

Ad caput CLIX. Bellum Cremonensium contra Placentinos anno 1216.

Ad caput CLX. Aliud prælium inter Lombardos cum victoria Cremonensium anno 1218.

Ad caput CLXI. Prælium aliud magnum Cremonenses inter & alios Lombardos anno 1234. Tregua facta olim per XI. annos sub Ugolino cardinale Ostiensi inter Lombardos.

Ad caput CLXII. Diluvium aquarum in provincia Avenoniensi. Gragnopolis est urbs dicta Gratianopolis.

Ad caput CLXIII. Anno 1218. Petrus de Traversaria adjutorio Mainardorum, qui erant de Brettonorio, Ravennam cepit, expulsis amicis Uberti Guidonis de Dusdeo. Idem Petrus emit Montem-veclum, & castrum Rochous (facile *Richoo.*) in quo comes Rugerius Guerra partem habebat, ut comitatum Guidonis Guerræ facilius posset opprimere.

Ad caput CLXIV. Eodem anno Ubertinus Guidonis de Dusdeo, auxilio comitis Rugerii Guerræ, & Boni comitis Montis-feltri & Bonifacii de Castrocario Brettonorium cepit, expulsis Mainardis. Præterea ipsorum adjutorio, & etiam Bulgarorum de Foropompilio planum Ravennæ devastavit usque Lunganam. Apud sanctum Laurentium de Cessaria (forte in Cæsarea) aliquot diebus moram fecit. Demum Montem-cavallum & Traversariam, quæ erant castra Petri Traversarii hostis sui destruxit. De his certaminibus agit Rubeus libro VI. pag. 381. & 382.

Ad

Ad caput CLXV. Synodus Lateranensis sub Innocentio papa III. anno 1215. in qua inter cetera decreta fuit tregua quatuor annorum inter populos inimicos, ut commodius instare possent recuperationi Terræ sanctæ.

Ad caput CLXVI. Obsidetur a Crucesignatis urbs Damiatæ annis 1218. & 1219. Civitas Acri est antiqua Ptolemais. Pelagius cardinalis Albanensis episcopus Apostolicæ sedis legatus pergit ad recuperationem Terræ Sanctæ; Johannes de Brenda seu Brenna rex Hierosolymitanus, Dux Austriæ, & Jacobus nobilissimus Romanorum comes similiter pergunt.

Ad caput CLXVII. Epistola Crucesignarorum ad Honorium III. Romanum pontificem de captione urbis Damiatæ anno 1219.

Ad caput CLXVIII. Alia epistola eorumdem de conditionibus propositis inter Crucesignatos & inter Saracenos eodem anno, antequam caperetur urbs Damiatæ; quæ tamen fuere rejectæ.

Ad caput CLXIX. Imolensis urbs obsessa a Faventinis anno 1219. sub Galbino de Aglarate potestate Faventinorum Mediolanense, auxiliantibus etiam Bononiensibus, Cæsenatibus, Popiliensibus, & Aghinolfo filio comitis Guidonis Guerræ, De ea obsidione agit & Rubeus pag. 382.

Ad caput CLXX. Anno 1216. Regina uxor Friderici imperatoris venit Faventiam.

Ad caput CLXXI. Castrum Thenisii sive Thoneos captum a Christianis anno 1219.

Ad caput CLXXII. Infirmitas magistri Tolosani scriptoris hujus historiæ.

Ad caput CLXXIII. Episcopus Spirensis & Metensis Cotradus cancellarius Friderici imperatoris anno 1220. venit Imolam: Composuit pacem inter Ubertinum Guidonis de Dusdeo, & inter Petrum Traversarium: Ugolinum de Zuliano de Parma creavit comitem in Romania per annos septem, & simul in potestatem Ravennæ, Cerviæ & Brettonorii per annos duos, ei quoque mandavit, ut custodire faceret Castrncarium, donec cognosceretur plenius lis, quæ vertebat inter Rainerium comitem de Ravaldino, & inter Bonifacium comitem Castrocarii. Rubeus pag. 382.

Ad caput CLXXIV. Fridericus imperator hospitatur apud sanctum Proculum in territorio Faventino. Mandat destrui castrum Faventinorum super Cosnam, licet prius ipsum suo diplomate firmasset ad ipsorum favorem anno 1220. Petrus Taurellus tunc erat potestas Faventinorum, consentiens Liviensibus, qui destructionem castri ab imperatore extorserunt.

Ad caput CLXXV. Eodem anno coronatus fuit idem Fridericus in imperatorem.

Ad caput CLXXVI. Anno 1222. civitas Damiatæ ammissa est a Christianis; id, quod vitio & culpæ datum fuit Pelagio Apostolicæ sedis legato.

Ad caput CLXXVII. Tertia destructio castri Imolæ. Destructa fuit post obsidionem etiam ipsa Imolensis urbs anno 1222. Ma.. est Mainardinus episcopus sancti Cassiani & etiam Imolensis, rector simul ejusdem urbis. Destructum tunc fuit etiam castrum Bagnatiæ & aliud Montis falicis, quæ erant juris episcopi. Locus appellatus Rivalta, apud quem commissum fuit bellum Faventinos inter & Imolenses, alius locus dictus Ad-Fornaces. Portæ Imolæ, quæ nomi

nantur, sunt sanctæ Christinæ
habet Tonduccius, sed contr
de Aldrovandis, Spivillia, &
tem sequenti enuntiatur porta
beus pag. 386.

Ad caput CLXXVIII. Præ
contra Bononienses, quos per
que ad rivum Corieli. Rivus
Massam Lombardam; Tonduc
Rio della Cerbia. Nominatu
A dasius. Exurgebat ibidem p
& etiam tempore hujus belli
maldulense virorum & mulie
sancti Eustasii vel Eustachii de

Ad caput CLXXIX. Anno 12
Faventini & Mutilianenses o
Pax demum firmatur. Goti
Blandrata hoc tempore erat c

Ad caput CLXXX. Anno t
magnus, sed præsertim in R
bardia, sed maximus in urbe

Ad caput CLXXXI. Favent
miserunt milites una cum A
B no, Provinciæ nimirum Catin
testate in servitium Alberti a
deburgensis comitis in Roma
am, Rondinariam, Pondum,
iam, quorum locorum incolæ
miti renitebant.

Ad caput CLXXXII. Anno
vum factum in Faventia a
ris portam usque ad molend
cti Hyppoliti, sub eodem po

Ad caput CLXXXIII. Anno
Faventinos inter & Livienses
C Nalus Bononiensis, prætor Li
cem precatur. Ubertus autem
Ozine, vel de Ugine Mediola
itas Faventinorum.

Ad caput CLXXXIV. Anno 1
a Faventinis & a Bononiensib
lanorum castri Imolæ, quas
bant. Proverbia, quæ in med
losani continuator, quid sibi v

Ad caput CLXXXV. Ampliatu
sub Uberto de Ozine.

Ad caput CLXXXVI. Comes R
mitis Guidonis Guerræ obit ap
D num, sepultus prope Guilielm
liæ, & Tancredum regem an

Ad caput CLXXXVII. & CLX
ni renovant anno 1226. jur
Lombardorum.

Ad caput CLXXXIX. Magist
nonicus & diaconus Faventi
jus historiæ obit anno 1226.

Ad caput CXC. Johannes B
solymitanus venit Faventiam
scedens ab imperatore Frider
inter ipsos exortas.

Ad caput CXCI. Fridericus
E Ravennam, inde in Lombardia
bem Parmæ anno 1226. Ex me
mites & domini, qui Raven
imperatorem. Describitur iter
bardiam, Thusciam & Apuli
cus nequivit Friderico opem p

Ad caput CXCII. Faventini
runt milites Mantuam in se
Lombardorum cum Amezone
potestate.

custodiebant. Opera itaque episcopi, & adjutorio eorum populorum libertate donata est civitas; promissa quotannis quadam quantitate salis tum Faventinis, tum Cæsenatibus, tum etiam Bononiensibus, Eodem anno Faventini iverunt in servitium Bononiensium contra Mutinenses, Parmenses & Cremonenses.

Ad caput ccv. Faventini iterum fecerunt fossatum inter Cosnam & ecclesiam Bonzanini, ope civium forensium & hominum de Muti-
A liana, ad deviandas aquas superfluas a Monte-Pozoli usque Sttatam. Eodem tempore processerunt ad juvandos Bononienses contra Mutinenses, Parmenses, & Cremonenses, Placentinos & Papienses, qui aquas Scultennæ fluvii extraxerant ex antiqno alveo. Scicla fluvius idem est ac *Secchia*.

Ad caput ccvi. Annn 1235. Faventini auxilio hominum de Duccia & de Tussignano ac Mutilianensium, nec non Bononiensium devastaverunt Fornlivii territnrium. Pugnaverunt ad villam Roncadelli nltra flnmen, multasque
B villas combusseruat, sancti Johannis, Marzanellæ & Barisani. In odium Ravennatum, qui desendebant Fornlivienses, ignem apposuere villæ sancti Petri de Trentula. His vix peractis in auxilium iverunt Bononiensium apud Allegracorem contra Mutinenses, Parmenses & Cremnnenses. Alia vice villam Figariam, Collinam, Forazanum, & Manlianum, ac Grisilianum villas Foroliviensium depopulati sunt Faventini.

Ad caput ccvii. Faventini adversus Ravennates cum exercitu processerunt usque ad ponticellum sancti Viralis. Iterum devastarunt villas Peratellæ, sancti Petri ad Vincula & Lunganæ, & fere usque ad Fornaces prope urbem Ravennæ. Anno 1236. Flumanam, villas sancti Petri & sancti Augustini, villam & castrum Lauretæ igni tradiderunt, Ubaldo domino Lauretæ castrum Faventinis tradente.

Ad caput ccviii. Annn 1236. Faventini prosequuti sunt damna inferre villis Foroviliensium; roccam de Hermice, sanctum Laurentinm de Nucetn, Collinam, Foranicum, Remunditnm & Veclazanum combusserunt, non audentibus Ravennatibus, Popiliensibus, Brettonnriensibus, & Johanne de Vormatia vicarin Conradi comitis Romaniæ se opponere Faventinis.

Ad caput ccix. Pugnarunt Faventini adversus Ravennates ad Plantam de Burfagliacn. In auxilium Faventinorum erant homines de Muriliana & Dnccia, in auxilium vern Ravennatum Popilienses, Meldulenses, Castelnovenses, Livienses, Ariminenses, Bonconte comes Montefeltranus, Ugo comes de Carpigna, Johannes de Vormatia. Tulerant Ravennates annulos ferrens, & compedes ad vinciendos Faventinos, sed victoria stetit pro Faventinis. Robacontes de Mandello potestas Faventinorum maximam Ravennatum & aliorum populnrum multitudinem captivam fecit, quam precibus mediatorum & archiepiscopi Ravennatis, Malvicini cnmitis, Pauli Traversarii, Bonicnmitis de Montefeltrn, & Potestatum aliorum populorum liberam abire permisit. Jurarunt tunc Livienses obedituros se præceptis Potestatis Faventinorum.

Ad caput ccx. Faventini juncti cum Cæsenatibus iverunt Brettnorium, devastantes vil-

tas & territorium. Foropopilienses datis obsidibus sese subjecere Potestati Faventinorum. Similiter Meldulenses, & demum Castelnoveoses. Facta pax cum his populis, factæque conventiones, quæ in hoc capite leguntur.

Ad caput ccxi, Faventini combussernnt arcem de Monte-majore.

Ad caput ccxii. Faveotioi misernot quioquaginta milites cum eorum Potestate Robaconte Maotuam in servitinm societatis Lombardiæ adversos Fridericnm imperatorem, ut impedirent ejus descensnm io Lombardiam apnd Villam-francam & Fontanas, Descendit tamen

A

imperator adjutorio Eccellini
oecnon Cremooensium, Parme
nensium.

Ad caput ccxiii. Faventini
norium nna cum Cæsenatibus
Mooticlum, & Uraoum; Livi
Raveonatum, & Mainardoru
apposuere. Ad pontem sancti
Ravennates super aquam Sa
cum duobus castellis fecerant,
veotini & Cæsenates, in fuga
gerunt Raveonates pontis custo



ɩNTINELLI

IENSIS

FAVENTINUM

ɩ typis editum
Eugubino.

P a

;ANTINELLI

FAVENTINUM

A T I O.

ʼidet Chronicon Faventinum, a Petro Can.
.ria extorri, Faventiamque fuſcepto, ubi &
ı rerumque geſtorum egit, conſarcinatum;
fatus ſum ad Hannibalem comitem de Fre-

ı ſumma animi voluptate totum perlegi,
hiſtoria Bononienſis & Faventina, necnon
olæ; protenditur autem ab anno 1229. ad
ıiſtoriæ Magiſtri Toloſani canonici Faven-

ı meretur; floruit enim & ſcripſit eo tem-
; immo partem in ipſis non vulgarem ha-
eputatus fuit ſindicus pro urbe Faventina ad
ui ſequeſter fuit pacis inter Bononienſis ur-
ʼtes, & ad annum 1294. quo iterum ſin-
ab obtinendam abſolutionem ab omnibus
piſcopo & præpoſito Faventino, & a præ-
brandini epiſcopi Arretini, & comitis Ro-

ıocce tractat ſpeciatim de rebus & de Po-
, quæ pertinent ad urbem Faventiæ, vel
ia Faventina præſertim, aliarumque etiam
lies deſcribitur, lectoreſque allicit author
ſeditionum narrationibus. Facile ſequebatur
vium potentium Bononiæ, qui expulſi a
i ibidem prævaluerunt & dominabantur,
, cum quibus videtur ipſe quoque ſtatio-

heic loci exhibere monitum Sartii noſtri
nici: Sic porro habet: Exſcriptum eſt chro-
x antiquo codice ms. ſemilacero, & foliis
nunc eſt in publica Eugubinorum Biblio-
ıaud multis ab hinc annis in eam Biblio-
Vincentius Armannus in indice Monumen-
l archivum congeſſerat, (*Pag.* 185. ad cal-
amiliæ Bentivolæ apud Eugubinos clariſ-
ı habuiſſe a Bernardino Spada Cardinali.
& inſcriptus: *Hiſtorie di coſe recondite*.
trum Cantinellum Faventinum palam eſt
LXXVIIII. ubi ita de ſe auctor loquitur:
ominabatur tunc pars Accariſiorum, fuerunt
ıſculi, & ego Petrus Cantinelli, & dicta
ıbi præſentavimus in civitate Viterbii coram
ratione & legatione Petro Cantinello de-
icium facere licet: quo fit, ut plurimum
oc Chronico complectitur, quæ ætate ſua
pſe quoque interfuit.
ccius hiſtoriographus Faventinus, qui eo ſæ-
ret a vero codicem illum, quem adſerva-
» tum

,, tum diximus in Bibliotheca Eugubina , eum ipsum esse , quo ut
,, cius , quippe qui ex dono Cardinalis Spadæ Faventini ad Armao
,, & alias Faventiæ frustra exemplar aliud ejus chronici quæsitum est

,, Et sane peroptandum esset , ut aliunde exemplar aliud ejus chr
,, quo emendari & perfici posset opus publica luce dignissimum , quo
Trentola tres solidos Bononienses. Item sorori heremite sancte Agnetis III. solidos Bononienses. Item heremite de Persolino, scilicet Donadeo V. solidos Bononienses. Item cuilibet capelle civitatis Faventie XII. denarios Bononienses pro Missis cantandis & aliis beneficiis faciendis. Item capelle S. Severi de Faventia tres solidos Bononienses. Item Ghiseline fratris Ricardi XII. denarios Bononienses. Item Rabuino famulo fratrum duos solidos Bononienses. Residuum vero dari & distribui voluit in die sepulture, quam voluit apud monasterium S. Marie foris portam de Faventia. Item pro suis male] ablatis] incertis XL. solidos Bononienses &c. In omnibus autem suis aliis bonis Albertuccinum ejus filium &c. Actum Faventie in domo dicte domne Stolle. Et ego Brunettus q. Boni Galissi Faventinus civis imperiali auctoritate notarius &c.

Ex tabulario Azzurinio Sacc. V.

Anno 1295. Die martis secundo mensis augusti indictione VIII. tempore pontificatus Bonifacii pape octavi. Magnificus & potens vir Maghinardus Paganus de Sossinana fecit & constituit Amorosianum notarium q. Amoris presentem & mandata suscipientem suum procuratorem & nuntium spetialem ad comparendum & presentandum nomine ipsius Maghinardi & pro omnibus ejus complicibus sequacibus & amicis coram nobili viro D. Neapoleone de Reate capitaneo civitatis Faventie pro domno comite Romandiole, & ad protestandum & dicendum eidem domno Capitaneo, quod domnus Maghinardus & ejus complices & amici volunt stare & obedire mandatis ipsius Capitanei & domni Comitis Romandiole, ac dictam civitatem Faventinam manutenere & defendere pro posse eorum ad devotionem & fidelitatem S. Matris ecclesie contra Manfredos, scilicet Ugolinum Buzzolam, & Francischum, & comites de Cunio, scilicet Raynerium, Bandezatum & Bernardum, & Henrighettum de Rogatis, & eorum sequaces & complices, qui portam Ravignanam civitatis Faventie jam occupaverant & abstulerant, & steccatum dicte civitatis in magna quantitate jam destruxerant, & de foveis dicte civitatis jam splanaverant, & guarnimenta hominum armatorum equitum & peditum cum banderiis & penonibus induxerant in magna quantitate in civitatem Faventie, & quod dictus D. Maghinardus & sui complices & amici parati sunt facere in predictos & circa predicta pro S. R. E. & in servitio S. R. E. quoquomodo vult & placet dicto D. Capitaneo, quia paratus est dictus Maghinardus & omnes sui amici sibi in omnibus obedire, & ad recipiendam & acceptandam responsionem, quam sibi procuratori faciet dictus D. Capitaneus super predictis, & generaliter ad omnia alia & singula sub obligatione bonorum suorum. Actum in civitate Faventie sub porticu domus q. Nicolai Aspronis, presentibus testibus adhibitis vocatis & rogatis, Jacobo Natini Aspronis, Martino Salti, Matthiolo Zazadollo, Vanatio de Fugnano notario, Ususmasio Sivirolo, ac Johanne Panzii de Imola & aliis pluribus. Et ego Galaranus Barasii de Florentia imperiali auctoritate notarius publicus predicta omnia & singula rogatus publice scripsi.

Ex tabulario Azzurinio Sacc. V.

Anno 1295. In nomine Domini amen. Anno a nativitate ejusdem M.CC. nonagesimoquinto indictione octava tempore domni Bonifacii pape

octavi & die mercurii
Cum hoc esset, quod Ugo
Manfredis, Raynerius,
dinus de Cunio & Henri
eorum amicis & compli
& de statu Faventie, qu
variis locis provincie
portam Ravignanam civit
cissent custodes domini eor
dictam portam custodieban
A tam se asseraglassent, &
fecissent, & ibidem cong
rant steccata, bellifredos
cte civitatis, & destruere
cupandi civitatem Favent
tam a fidelitate & devoti
clesie Romane, & domni
Et nobiles viri Maghinar
nana, D. Guido Raulis
Glauzano de Accarisiis
sequacibus ivissent de lice
dato D. Neapolionis vicar
B civitatis Faventie ad reco
tam & dictam civitatem
nus, Franciscus de Manfre
dezatus, & Bernardinus
tus de Rogatis & predict
capaverant & invaserant,
dere conabantur, & ipsar
predictis, qui jam invaser
ctus Maghinardus de Suss
Accarisiis cum pluribus al
quacibus venerunt ad pal
ventie, & presentaverunt
rum sequacium & amicor
C polione, & resignaverant
tem Faventie recuperatam
porta & tota alia civitate
quid vellet pro honore S.
tis Romandiole & suo.
sequaces & amicos parato
data & ad omnem honore
litatem S. R. E. & domini
& rogaverunt omnes not
quod de predictis facerent
tum. Que omnia dictus do
tanter recepit, & grata
Romane ecclesie, & domi
D diola. Actum Faventie in
nis dicte civitatis, prese
Leonardo de Campania stip
tis Romandiole, dominis
judicibus de Faventia, do
linis, Perucio de Andriano
gardino, Friderico Fighira
derico Nicolai de Reate
ego Nicola Rodulfi de Me
ritate notarius predictis
scripsi & publicavi.
Ex tabulario Azzurinio
Tonducc. pag. 340. extat
E Anno 1295. Anselmus
Potestas civitatis Faventiæ
Forolivio judex & assessor
Ex paginis Azzuriniis
Anno 1295. In nomine
trus permissione Divina arc
galis provincie Romandiole
comitatus Brittonorii & p
in spiritualibus & tempora
pro S. R. E. constitutus a

remitanorum de Faventia, & *domno Aulverio canonico Faventino dico & propono ego Bartholinus Guidonis de Cunio notarius de Faventia* &c. ut apud Tonduccium, penes quem integra charta prostat pag. 346. & ex archivo Azzurinin Sacc. V.

Anno 1295. *Die* XVI. *mensis maii pontificatus Bonifacii pape octavi in palatio civitatis Ariminai indictione nono. D. Thaddeus de Presbiteris de Appio judex ad maleficia in Provincia* A *Romandiole a reverendo patre D. Guillielmo miseratione divina episcopo Mimatensi Provinciarum Marchie Anconitane, Romandiole, civitatisque Bononie & comitatus Brittonorii rectore pro S. R. E. deputatus, ex rogitu Thome de Sancto Elpidio notario publico ad maleficia, commisit & mandavit. Nuntio Petri de Florentia publico preconi & trombetta curie generalis, ut exbannet & in banno ponat quemlibet infrascriptorum pena mille librarum Ravennatensium, videlicet Comites Bandinum, Tigrimum, Fatium, Tancredum, Ruggerium & Gualterium fratres* B *& filios domini Guidonis Manfredi comites de Mutiliana, ac Almericum comitem filium comitis Corradi de dicto loco, qui citati & requisiti fuerunt per eumdem trombettam, sono tube premisso alta voce ad fenestras palatii dicte civitatis Arimini juxta formam constitutionum dicte curie, quod infra terminum quinque dierum assignaterum peremptive comparere debeant coram D. Thaddeo judice prefato ad se defendendum ab accusatione contra eos facto & data per Zanzolinum Ugolini de Faventia dicentem eos & quemlibet eorum, qualiter simul de mense aprilis proxime preteriti quadringentos pedites ar-* C *matos de fidelibus eorum de dicta terra Mutiliana in servitium Maghinardi de Susinana & Galasii comitis Montisfeltri eorum sequacium ecclesie Romane rebellium, quando iverunt ad accipiendam & capiendam civitatem Imole contra honorem & magnificentiam dicte Romane ecclesie, & in detrimentum & opprobriam ipsius, derobbando, capiendo & occidendo homines ipsius civitatis Imole, & prout in actis dicte Curie continetur, & ipsis non comparentibus infra dictum tempus quinque dierum, dictus D. Thaddeus judex pro tribunali sedens ad Bancum pronuntiavit eos & quemlibet eorum ex nunc pro-* D *ut ex tunc, & ex tunc prout ex nunc reos contumaces confessos convictos juxta & secundum formam constitutionum curie generalis, & contra eos procedendum esse pro excessibus & maleficiis datis in dicta accusatione per Zanzolinum predictum, & possint omnes offendere eos & quemlibet eorum in personis & rebus sine pena, eo quod nullus de dicta provincia Romandiole eos ad domum receptet, aut eis aut alicui eorum prestet opem auxilium vel favorem, sub penis contentis in constitutionibus curie predicte, & predicta omnia & singula facta fuerunt in palatio Arimini per instrumentum rogatum* E *per Ser Vannem filium Ture de Stagia notarium curie generalis Provincie &c.*

Ex paginis Azzuriniis Sacc. V.

Anno 1296. Maximi de Piperno fratris cardinalis S. Mariæ Novæ Legati in Romandiola epistola ad Faventinos & renovatio decretorum contra urbes Ghibellinas.

Extat apud Tonduccium pag. 350.

Anno 1296. *Die* XI. *novembris* Appellatio Faventinorum contra decreta Maximi Privernatis.

Extat

Extat apud Tonduccium pag. 351.

Aono 1296. *Indictione noaa die* VII. *mensis septembris. Cam altare beate Marie Virginis, quod est positum & constructum in ecclesia B. Petri de civitate Faventie, ut ibi per capellanum idoneum divina officia coatinue celebrentur, cujus altaris sapiens domina D. Cignaaesia filia q. D. Raineris de Tomais uxor q. Beltalis civis Faventini se asserit patronissam, capellano sive admiaistratore vacet propter renuntiationem discreti viri D. presbyteri Boai capellaai & administratoris ipsius altaris, volens &c. ipsi altari de administratore idoneo providere, de discretione & honestate discreti viri Simonis clerici filii q. Francisci Calaadrini civis Faventini in diaconatus ordine constituti coafideas, ad honorem & reverentiam Dei, & B. Marie Virginis &c. nec non ecclesie & capituli Faventini, Spiritus sancti nomine invocata, predictum Simonem elegit. Actum in ecclesia S. Perpetue de prope Faventiam, presentibus vocatis & rogatis testibus reverendo viro D. Johanne priore S. Perpetue, fratre Guidone Tomajo, fratre Servadeo, & fratre Zaai ordinis Vincareti, & fratre Gratiadeo ordinis S. Marci, Hostasio clerico & aliis pluribus. Et ego Contadinus filius q. Femosnerii civis Faventini imperiali auctoritate judex & notarius.*

Ex tabulario Capitulari.

Anno 1296. *Indictione* IX. *die quarto intrante octobri in ecclesia S. Marci de Monteritolo diecesis Ravennatis de Faventia pleno jure spectanse ad monasterium S. Baraabe de Gamugno Faventiae diecesis ante altare predicte ecclesie*; ibique D. Guidn administrator dictæ ecclesiæ coostitutus a reverendo viro D. Luixio priore monasterii de Gamugno solemne juramentum præstitit, manu Galli notarii.

Ex tabularin S. Mariæ foris portam fasc. VII.

Anno 1297. *Indictione* x. *die mercurii* XVI. *mensis januarii*. Pacinus Benvenuti de Calanova episcopatus Faventini, promisit Guidicino Rnmagnoli de Matradio familiari comitis Manfredi in Thuscia Palatini, & recipienti pro dicto comite introducere in pascuagia Aceretæ & Marradii ottocentum pecudes ibi nutriendos a kalendis maji usque ad festivitatem Omnium Sanctorum, & solvere prima die junii pro qualibet earum pecudum apud castrum Pe.oricinum sex denarios parvos Bononienses. Ego frater Drudulus monachus monasterii S. Johannis de Acereta olim Albertinelli de Castabretto imperiali auctoritate notarius rogatus scripsi & publicavi.

Ex archivo Azzurinio Sacc. V.

Anno 1297. *Indictione* x. *die* VI. *intrante majo in curia Castrocarii apud ecclesiam S. Andree*. Presbyter Johannes rector ejusdem ecclesiæ tradidit Bernardino notario q. Belletti de Salutari terram in loco dicto Laguna & Mandria. Glavissiano q. Oprandi notario.

Ex pagiois Azznriniis Sacc. V.

Annn 1297. Ecclesia S. Mattioi de Villanova Faventinæ diœcesis subjecta monasterio SS. Hippolyti & Laorentii de Faveotia, cui solvebat censum annuum.

Ex tabulario dicti loci T. V. Ann. Cam pag. 224.

Anoo 1297. *Indictione* x. *tempore Bonifacii pape octavi die ultima mensis octobris*. Se... processus eum sententia in lite inter Philippum

de Ordelaffis de Forolivio
Hemmæ filiæ D. Rainerii
minorum Raynetii, Gui
Mayoardi fratrum de R
Monte castello nominati
glolum de Bonfiglolis pr
Faventiæ occasione mole
civitatis Faventiæ, in loc
cus juxta canalem dicti
lendinum S. Perpetuæ,
num dominorum de Rava
rini expoliaverant dictos
lendino, qui domini de I
fictum dederant ipsum
pro quadraginta libris Ra
& partes ambæ compro
Bandinum de Mutiliana
qui die 30. novembris c
Faventiæ ad solvendas
nienses parvorum prædict
supta. Currado domini
notario.

Ex chartis Azzutiniis
Tonducc. pag. 353.

Anno 1298. Beoignus
Gamugoo terras tradit i
comiti Vallis-ambulæ Ac

Ex tabulario S. Laure
ao. 197. T. V. Ann. Ca

Anno 1298. *Indictione*
decembris. Venditio terra
bati S. Mariæ foris porta
plebe S. Andreæ. Marc
tario.

Ex chartis Azzutiniis

Anno 1298. Lotherius
sub die 25. novembris
Guidi habitanti Faventiæ
locum in honorem S. I
domo & terreno capellæ
e, ut appatet ex Constit
uli Canonicorum fol. 4
se locum sub ordine S.
nas ordinis sorores vocab

Anno 1298. Obligatio
Mariæ de Antignana Ge
polyti & Laureotii de F

Ex tabulario dicti mon
mentio bonorum Acereta
rum S. Michaelis de Tre

Anno 1299. XIII. *jan*
ecclesia S. Autolini porte
per mortem Thesaori va
ctore, homines ejusdem
nant in Jacobum rectore
ut eum abbate S. Hipp
rem; Michaele Benencas

Ex archivo Azzurinio

Anno 1299. Bonifaciu
episcopo Faventino, ut
pos marchiones Estenses
clesiæ Ravennati castrum
muoicaret, & terras eor
neret interdicto.

Ex tabulario archiepisc
N. 6503.

Anno 1299. Lotherius
xcommunicat homines c
trum subjicit interdicto
ccidere archiepiscopum
piscopum Lotherium.

concordarunt in terminum novem aunorum tantum. Actum in caminata magna inferiori palatii Communis Faventiæ, præsentibus D. Petro Ambrone judice & assessore D. Francisci de tiftis Ursi potestatis civitatis Faventiæ, D. Gilio D. Ugnuis de Forlivio judice, & vicario domini Maghinardi Pagani capitanei civitatis prædictæ, D. Bartholomæo judice de Faventia, D. Ugolino de Medicis judice; Michaele Benencasa notario Faventino.

Ex paginis Azzurinii Sacc. VI.

Anno 1301. Jacobus abbas S. Mariæ foris portam dat ad libellum aliquot terras in Canavaria, similiter in Mutillana. Petrus rector ecclesiæ S. Severi & sindicus ejusdem monasterii sub abbate Severo concedit terras sitas in Barbiano.

Ex chartis dicti monasterii fasc. VIII.

Anno 1301. Beneioenne presbyter rector & capellanus ecclesiæ S. Andreæ de Zagonadi promittit obedientiam D. Apollinari abbati SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia. Actum in choro ejusdem ecclesiæ; Roncolinus filius q. Roncolini notarius de Faventia.

Ex tabulario ejusdem cœnobii.

Anno 1302. Literæ Caroli Valesii rectoris Romandiolæ & ducis, in gratiam Maghinardi Capitanei Faventiæ die 10. aprilis, quibus absolvit urbes Romandiolæ a debitis contractis, & a processibus.

Apud To..ducc. pag. 349 351.

Anno 1302. Testamentum Maghinardi a Susenana Capitanei urbis Faventiæ, & Domini tunc temporis plurium oppidorum & castrorum.

Anno Domini M. CCC. II. *indictione* xv. *die Dominico* x.x. *augusti tempore Sanctissimi P. & D. D. Bonifacii pp. VIII. Quoniam nihil est certius morte &c. Idcirco ego Maghinardus filius q. Petri Pagani de Susenana gratia Salvatoris sanus &c. testamentum meum facio, & in hunc modum mea bona disponere procuravi. In primis quidem sepulturam meam eligo, & corpus meum sepeliri volo apud ecclesiam seu monasterium S. Marie de Riciferi in habitu & veste ordinis Vallis-umbrose.* & post multa legata, in quibus medietatem molendini dictæ ecclesiæ S. Mariæ, mille libras pauperibus, mille episcopo & ecclesiæ Imolensi in refectionem damnorum, mille monasterio S. Mariæ foris portam Faventiæ in similem damnorum reparationem, occasione belli contra Commune Bononiæ, aliaque legata episcopo Faventino, ejusque ecclesiæ cathedrali, & parœciis urbanis & suburbanis, monasterio S. Hippolyti, hospitali S. Sepulcri in Burgo, monialibus Maltæ, S. Catharinæ, S. Bernardi, cellæ fratris Viviani; fratribus Prædicatoribus, canonicis S. Perpetuæ, fratribus Minoribus, & eremitanis S. Augustini, vel pro celebratione Missarum, vel pro ecclesiarum reparatione aut ornatu; alia similiter episcopo Imolensi ejusque ecclesiæ cathedrali, fratribus O. Prædicatorum, Minorum, Eremitanorum, sororibus S. Stephani, Caritatis, S. Dominici, monachis S. Mariæ in Riciferi, S. Pauli & S. Laurentii ecclesiis; relinquit uxori suæ Mengardæ libras 1400. Pisanorum ad florenum ad rationem 29. solidorum in restitutionem dotis, aliasque 600. pro alimentis condecentibus suo statui viduali; nominat Galganum a Mutiliana, & Marzolum Foroliviensem, quem appellat antiquum suum & fidelissimum

familiarem, Ugolino fratri suo naturali relinquit castellum Gamberaldi, & tumbam in schola S. Martini in Gattaria; Bandino Pagano nepoti suo priori Populani castellum Castiluncbi, Fonteanam, monetam, Ferraccispum, Planum-castelli, Grimenteriam, & Gualdefusam cum domibus, curtibus & antiquo pedagio pro terra Camurani; Argino Cantagallo bona in curtibus Tirli, Albignani & Curnialis. Commendat custodiam arcis supra Tussignanum amicis suis Imolensibus, & extrinsecis Tussignani. Præcipit, ut solvantur Petro Mantolo 800. floreni, quos ei debebat; 200. libræ Ugoni de Auguzano; 290. Matthæo Ragnolo Faventinis. Leitæ sorori suæ & uxori Guidonis de Ghiozano relinquit medietatem castelli Calamelli, & medietatem Cavinæ cum suis fortalitiis & juribus. Liberat suos subditos a collecta annuali, quum non solvant nisi alternative uno anno, alio sint exempti. Obligat hæredes ad solvendum reliquum pretii acquisitionis a se factæ castelli Collinæ hæredibus Albertuccii. Matthæo Ragnolo fideli & familiari suo donat castellum Mordani, orans omnes amicos & fautores suos Faventinos, ut protectionem suam eidem Matthæo donent, idest Dominos Accarisios, dominos Zambraxios, nobiles de Andriano, nobiles de Moogardino, nobiles de Baronibus, dominum Ugolinum de Medicis & illos de domo sua, DD. Bartholomæum, Ghibellinum, Marcum D. Ziliotti judices & alios de domo sua, & omnes alios nobiles judices populares & amicos de civitate Faventiæ & ejus comitatu, & nobiles de domo de Manis, D. Ugolinum D. Petreboni, & illos de domo sua, nobiles & omnes de domo de Binielis, nobiles & omnes de domo de Nordiliis, nobiles & omnes de domo de Tartagnis, nobiles & omnes de domo de Natareois, omnes de domo da Pretinis, de Palmirolis, de Scoliatiuis, de Aghinolfis, de Cariolis, de Juvanelis de Imola, nobiles de Flagnano, nobiles de Lardechio, nobiles de Tonarello, nobiles de Augneano, nobiles videlicet Saruccium de canali Flumanesio Arpinum & alios nobiles de Cantagallo; Philippum de Ducia & omnes alios nobiles & populares amicos de civitate Imolæ & districtu ejusdem. Item jure legati relinquit Alberiæ filiæ q. Bonifacii Pagani, & nunc uxori Joannis de Senn de Ubaldinis, castrum Paganum, Valmazorem, Montegnum, Bibianam, Vizanum & Pedimontem cum omnibus eorum curtibus juribus &c., hoc addito, quod ipsa Alberia solemniter & legitime faciat infrascriptis filiabus suis donationem, cessionem, quietationem & remissionem hæreditatis suæ paternæ, & maternæ, & quod duo instrumenta, unum videlicet 4000. librarum, & aliud 400. corbium grani, in quibus instrumentis ipse obligatus videtur eidem, vel alteri pro ea, casset & annullet. Item relinquit Andreæ filiæ suæ, & nunc uxori Octaviani de Ubaldinis castrum Sossenanæ, Roccam de Sossenana, Cepedam, Montem-boarium, Capanariam & Crispinum, salvis semper juribus abbatis, Capituli, & monasterii de Crispino, & intelligatur Crispinum usque ad pontem Viliani & non ultra cum eorum juribus &c. salvo & excepto solum foro seu mercato & pedagio de Palazolo, quod commune esse vult, & exigi & fructus eorumdem percipi communiter per dictas Alberiam & Andreiam. Item

simili modo relinquit An
omnia sua bona mobilia
sunt in castro Sossenan
Item relinquit Francisc
nunc uxori D. Francisc
de Urbe castrum suum
clum, bona & jura, q
bona, quæ habet in P
rem, & generaliter om
habet in podere Fantoli
tibus, fortalitiis, domib
&c., excepto Calamello
quas relinquit & adjud
Item relinquit eidem F
redditus & proventus &
curiis Libbæ & Deoig
partibus tres, eum po
&c. Item relinquit eid
suum de novo inceptur
cum omnibus domibus
positis, ita tamen quod
citus civis efficiatur Fav
Faventiæ & comitatu
ur & habitet, ac prom
suos, & per ipsum m
servetur ibidem. Item
æ filiæ suæ omnia bo
bet in castro Benelari &
exceptis arnesiis & rebu
suæ, quæ sunt in dictis
tem aliis suis bonis mo
prædictas Alberiam, A
æquis portionibus sibi h
vult. Nominat in com
testamenti sui episcopum
PP. Prædicatorum, Gu
Priorem heremitanorum
pœnam mille librarum
gligentiores fuerint in a
quæ summa in easu co
n beneficium animæ su
iæ & Imolæ, quos pr
redibus suis, & singu
Zambrasios, de Andri
amarino, & Barones
is, de Binielis, Nordil
Ugolinum D. Petreboni
Juvanellis de Imola.
nobiles & nominatos de
comitatibus, ac ceteros
ctarum civitatum & co
quod pro amore, quem
onnore sui, & ad perpe
tiæ jugiter conservatæ,
conservandæ præstent co
lium & favorem prædic
regant & defendant ab
Hortatur hæredes suas,
rentiam semper exhibean
sicut ipse semper exhibu
mum ejus testamentum
Beoclari Faventinæ dio
seu domus ipsius D. Ma
prædicta vocati & rog
frater Matthæus Dei gra
nus, D. Carsius de Spol
bis Corletæ diœcesis Fav
pi vicarius &c. Ego M
de Cæsena imperiali auc
præfecturæ notarius &c.
Eisdem anno millesim

rialem coram venerabilibus patribus D.D. *episcopo Perusino & Callensi vel eorum vicariis, super probatione conversationis Dominici Balzani, & D. Beatricis de Faventia facte dudum professe per eos in monasterio memorato. Actum in capitulo dicte heremi. Venturutius Petri imperialis notarius.*

Ex tabulerio S. Mariæ foris portem fesc. VIII.

Anno 1304. Altare S. Blasii in ecclesia Cathedrali. Ex tabulario Cepitulari.

A Anno 1304. Investitura terrarum in S. Petro de Laguna sub Jacobo ebbate S. Mariæ foris portem.

Ex chartis ejus monasterii Fasc. VIII.

Anno 1304. Donetio terrarum facta Michaeli priori S. Maglorii de Faventie.

Ex tabulario hujus esceterii T. V. Ann. Cam. in App. col. 383.

Anno 1304. Benedictus ebbas SS. Hippolyti & Laurentii de Faventie; Rimbaldus episcopus Imolensie.

Ex archivo hujus monasterii.

B Anno 1305. Jacobus abbas S. Mariæ forie portam die xxi. januerii dat ed libellum vineam in Tibaverie.

Ex chartis ejus loci fasc. VIII.

Anno 1305. *die xxv. augusti indictione iii.* Paxolinus q. Bonaccursii de Mercato de capelle Cepellinæ de Faventia, salvo jure monasterii S. Mariæ foris portam, vendit fratri Zenello q. Simonis Ordinis fratrum Pœnitentiæ vineem sitam in Sevonario, territorio & plebe Faventina. Guidone Letimerii noterio.

Ex archivo Azzurinio Sacc. VI.

Anno 1305. Comacius q. Antonii de Gellusiis de Bononie Potestas Faventiæ.

Ex archivo archiep. Ravennæ Cesp. H. 3556. J. 4043. In quo etiam nominetur ad hunc ennum monesterium S. Apollinaris prope Faventiam Ordinis Vallis-umbrosæ, cujus prior Jacobus. Caps. H. 3487. & Bonus abbas S. Johannis-baptistæ de Acereta Caps. J. 4042. & Nicolaus ejusdem monasterii abbas. Caps. H. 3536.

Anno 1306. *In Dei nomine amen. Nos Jacobus de Bruxadis frater & vicarius magnifici militis domini Thebaldi de Bruxadis de Brixia comitis & rectoris per sanctam Romanam ecclesiam in provincia Romandiole generalis, considerata conditione nobilis mulieris domine Chebbe uxoris Francisci de Calbulo, & ipsius, Francisci & filie & heredis nobilis viri domini Guillielmi Azzonis de Faventia, que est expulsa & expoliata quasi omnibus bonis suis, & dictus etiam ipsius maritus, & quasi etiam de hiis, que in suis petitionibus continentur, nullum quasi commodum habere potest, & quod etiam interlocutorie, que prolate sunt per sapientem virum dominum Sordellum de Betienghis judicem dicte Provincie generalem contra nobiles mulieres dominam Alberiam filiam q. Bonifacii de Sossenana, & contra dominam Andream & dominam Franciscam filias q. domini Maghinardi Pagani de Sossenana super petitionibus quarte partis hereditatis nobilis viri domini Petri Pagani de Sossenana, & fructuum ipsius hereditatis, & super petitionibus quarte partis hereditatis Pagani filii dicti Petri Pagani, & fructuum ipsius, & super petitione, qua petitur pro parte dicte domine Chebbe a dictis dominabus Alberia, Andrea & Francisca, & tamquam ab heredibus nobilis viri Maghinardi de Sossenana tutoris*

dativi q. dicte domine Chebbe rationem reddi ipsius tutele, & reliqua restitui . . . ad presens possunt habere effectum, volumus, precipimus, interloquendo differimus &c. solationem capisoldi dictar quantitates faciendi camere Romane ecclesie, donec dicte interlocutorie & post . . ., que ex ipsis sequuntur, plenum habebunt effectum. Ita tamen quod pro ea parte, pro qua effectum habebunt, dicta domina Chebba caposoldum solvere teneatur . . . . & in his, in quibus A *effectum non habebunt, solvere nullo ratione cogatur; effectum autem habere intelligimus, cum de petitis ipsa domina Chebba possessionem habuit corporalem; & fructus percepit ex eadem. Lata publicata & pronuntiata fuit dicta interlocutoria declarationis & precepti per dictum dominum vicarium pro tribunali sedentem Cesene in domibus Guilielmi de Graffis, ubi ad presens residet, presentibus Manza de Tarlatis procuratore domine Chebbe &c. domino Sordello judice generali, magistro Johanne Jacobelli de Reate notario, Johannino de Majolo notariis generalibus & aliis sub anno Domini M.CCC.VI.* B *indictione quarta die penultimo maji, pontificatus sanctissimi patris & domini Clementis pape quinti, Et ego Martinus q. fratris Raineri de Cesena notarius scripsi &c.*

Ex archivo Canonicorum Faventiæ.

Anno 1306. Altera sententia ejusdem Jacobi de Bruxadis pro urbe Faventiæ die 20. augusti data ex Cæsena, in qua ordinavit ad petitionem Andreæ Mariscotti notarii, civis & procuratoris urbis Faventiæ, ut delerentur debita imposita prædicto Communi. Francisco filio q. Bonaventuræ de Politis de Cæsena notario.

Apud Tonduccium pag. 369. C

Anno 1306. Matthæi episcopi Faventini Indulgentiæ concessæ ecclesiæ S. Christinæ de Tarvisio.

Ex tabulario monialium S. Christinæ. T. V. Ann. Cam. pag. 292.

Anno 1307. Suzus q. Guidonis vendit sorori Humilitati abbatissæ loci S. Johannis evangelistæ ordinis Vallis-umbrosæ de Florentia terram olivatam & arboratam, salvo jure ecclesiæ Ravennatis, in loco dicto Lana-clara curiæ Aurioli. Actum in choro ecclesiæ S. Mariæ Novellæ de Malta de Faventia, præsentibus D. Benedicto de Bagnacavallo abbate monasterii SS. D Hippolyti & Laurentii de Faventia. Roncholino q. Roncolini notario.

Ex tabulario Azzurinio Sacc. VI.

Anno 1307. Investitura in Putina sub Clario abbate S. Mariæ foris portam.

Ex chartis ejus monasterii fasc. VIII.

Anno 1307. Indulgentia cardinalis legati pro cella fratris Viviani sive pro ecclesia S. Martini. Et sententia in lite earumdem monialium cum priore S. Adalberti in Pereo de Pado, & S. Laurentii in Cæsarea propter terras in fundo Cacazolo pronuntiata a Neapoleone Bitonti canonico Palentino ad favorem monialium. E

Apud Tonduccium pag. 371.

Anno 1308. Ecclesia S. Mariæ de Durbecco provisa de rectore a Benedicto de Bagnacavallo abbate SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia.

Ex tabulario dicti monasterii T. V. Ann. Cam. in App. col. 401.

Anno 1308. Marcus præpositus Faventinus, Nicola Bencevenoe, & Leucius canonici reno-

vationem faciunt; præser
tim capellanis S. Petri.

Ex tabulario Capitular

Anno 1308. Investitu
sub Clario abbate S. Ma

Ex chartis ejusdem m

Anno 1309. Francisc
a comite Rainerio de Cu
runt comitissæ Agnesinæ
stello Lugi. Thoma Tho

Apud Tonduccium pa

Anno 1309. *Indictione
tis pape V. die* xx. *mens*
Henricus de la Turre,
stelluti de Fulgineo, &
vio ambaxiatores provinc
stituerunt in eorum proc
Bartholucci de Bugubio
la a Communi Faventiæ
ci, & mulum, a quo e
tam dictis ambaxiatoribu
Gallin notario.

Ex chartis Azzuriniis

Anno 1309. Tiniosus
cum suis canonicis fate
centum libras Bononiense
medico ad faciendum &
narium nocturnum pro e

Ex tabulario S. Mariæ

Anno 1309. Matthæu
deputatur a clero Favent
dum provincialem Rave
S. Mariæ foris portam.

Ex archivo archiepisc
3902. ubi etiam nomin
Reparatæ. Ibidem.

Anno 1309. Frater M
ventinus benedixit primu
in ecclesia S. Nicolai c
eremitarum S. Augustini
missione Berengarii de S
generalis B. Petri-Pauli e

Apud Petrum-mariam
nologico pag. XIC.

Anno 1310. Clemens
bris pontificatus sui anno
iii S. Perpetuæ de Faver
nem causæ, quæ verteba
Faventiæ, & inter Fran
ac hæredes fratri Alberic
ghetti & Beroardini de
qui postremi sententiam
ventiæ obtinuerant ab A
ce generali causarum cu
Romandiolæ.

Ex tabulario Azzurini
Tonduccium pag. 373.

Anno 1310. Severus
portam deputatus a clero
Matthæo episcopo Favent
præposito tamquam procu
lium provinciale Ravenna
se excusans, Franciscum
junii procuratorem pro se

Ex Rubeo pag. 522.
277.

Anno 1310. D. Zoне
Sinibaldi de Ordelaffis D
ventiæ. In consilio autem
Antiani, Consules Merca
xxx. Sapientes.

cum archiepiscopo Ravennate ad concilium ge-
nerale Viennense indictum a Clemente pa-
pa V.

Ex eodem archivo Caps. N. 7006.

Anno 1311. Electio rectoris S. Mariæ de
Antignana facta a Benedicto de Bagnacavallo
abbate SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia
xiv. januarii, confirmata a Matthæo episcopo.

Ex chartis ejusdem monasterii T. V. Ann.
A Cam. pag. 282.

Anno 1311. Hugnlinus episcopus Faventi-
nus suffectus ob mortem Matthæi interest con-
cilio Provinciali Ravennæ adversus Templarios.

Ex eodem tabulario Caps. J. 3975.

Anno 1311. Idem Hugolinus recipit purga-
tionem fratris Rainaldi de Burgo ordinis Tem-
plariorum de mandato archiepiscopi Ravennatis.

Ex eodem chartario Caps. N. 6732.

Anno 1311. Severus abbas S. Mariæ foris
portam dat ad libellum terras in Viclo, & in
schola Sarnæ, & in Canavaria & in Ronco
Pianisano, & in territorio Imolensi loco Fa-
B brica.

Ex chartis ejus monasterii fascic. VIII.

Anno 1312. Andreas q. Ugonis de Vidilia-
no abbas S. Johannis baptistæ de Acereta eligit
in procuratorem suum Lambertaccium de Car-
nevalibus contra Andream de Battifolle, qui se
asserebat abbatem dicti monasterii.

Ex tabulario archiep. Ravennæ Caps. D.
1186. & 1187.

Anno 1312. *Die XXIII. mensis maji ponti-
ficatus Clementis papæ V.* Discretus & sapiens
ir D. Andreas de Eugubin utriusque juris pro-
fessor, judex generalis provinciæ Romandiolæ
C per majestatem regiam super maleficiis pro tri-
bunali sedens in palatio Cæsenæ absolvit, &
liberari sententiavit plures homines accusatos a
Dragone de Tossignano sindico & procuratore
terræ Codigoolæ comitatus Imolæ coram sapien-
ti viro D. Mattheo de Civita-nova olim judice
generali provinciæ Romandiolæ in dicto officio
suo prædecessore super eo, quod hominibus ter-
ræ Codignolæ possidentibus pacifice terrenum
seu territorium positum, ut asserebant, in per-
tinentiis dictæ terræ Codignolæ in fundo Sezz-
tæ-veteris, & in fundo Barontani in loco qui
dicitur Accarisie in plebatu Panigalis & Cesatæ,
D aperticatores Faventini ausu temerario dolose &
malo modo accesserant ad territorium prædi-
ctum, ipsumque aperticaverant; manu Nicolai
de Vescappo notarii curiæ generalis provinciæ
Romandiolæ.

Ex chartis Azzurinlis Sacc. VI.

Anno 1312. Convocata synodo Faventini
cleri exempti & non, in episcopatu in sala
Leonis, mandato Hugolini episcopi Faventini,
circa æstimum cleri de novo confectum ad Ro-
manam curiam, ex parte præpositi & canonico-
rum Faventinorum, Prevostus rector ecclesiæ
Pinzani vicarius ejusdem episcopi in synodo
E proposuit, quid faciendum foret, an mittendus
procurator ad Urbem propter appellationem ad
Romanam curiam factam a Capitulo contra
alium clerum? Bencevenne archipresbyter S.
Proculi canonicus interfuit eidem synodo. Do-
minicus prior plebis de Ceparano consuluit, ut
omnis quæstio mitteretur in manibus Ugolini epi-
scopi, & Marci præpositi, qui convenirent in-
ter se, vel si non convenirent, eligeretur ter-
tius sapiens vir.

Ex

Ex tabulario Canonicorum Faventiæ.

Anno 1318. Populi Marradii aliique se recognoscunt esse sub jurisdictione Faventinorum ad diem vigesimam octobris.

Ex Tonduccio pag. 378.

Anno 1312. Franciscus vicarius Severi abbatis S. Mariæ foris portam dat ad libellum terras in plano Clausuræ.

Ex chartis ejus loci fasc. VIII.

Anno 1313. Sinibaldus prior S. Perpetuæ de Faventia nominatur in tabulario archiepiscopali Ravennæ Caps. O. 7676.

Anno 1313. *Die* XXII. *mensis januarii pontificatus Clementis pape V.* D. Gerardus de Zambeccariis judex & vicarius nobilis viri D. Piovendini de Prendi-partibus potestatis civitatis Faventiæ in causa vertente inter olim venerabilem patrem Matthæum Eschinum episcopum Faventiæ, & Commune & populum Faventinum super tornaturiis 390. 1. 7. 8. silvæ & prati arsiciæ in fundo Rosaroli juxta sua notissima latera, declaravit & sententiavit venerabilem dictum episcopum & pro ejus episcopatu mittendum esse in possessionem tornaturiarum triginta-quinque dictæ terræ contentæ in dicta lite vertente, mandavitque dictum episcopum liberari ab omni molestia & lite, prout constat in strumento rogato per Guillielmum de Ghereiis notarium officialem Communis Faventiæ.

Ex chartis Azzuriniis Saec. VI.

Anno 1313. VII. *februarii indictione* XI. Zulianus q. Mainetti, Roncholinus notarius, & Francischinus, & Clarimbaldus sindici Communis Faventiæ apprehenderunt possessionem terræ, seu horti siti extra portam Regis juxta canalem Communis, foveas Communis, & stratam, olim occupati a comite Castrocarii. Eadem die præfati intraverunt in possessionem molendini & gualcheriarum positarum extra portam Regis juxta viam Communis, qua itur ad Renaccium, quæ omnia hactenus habuerunt comites Castricarii. Alexandro magistri Jacobi notario.

Ex chartis Azzuriniis Sacc. VI.

Anno 1313. *Die nono mensis februarii Indictione* XI. *tempore pontificatus Clementis pape V. Magnificus vir D. Raymundus Actonius de Aspello q. comes provincie Romandiole, & nunc marchio marchie Anconitana, & ad instantiam & petitionem D. Ravignani de Assaltis Aatrani, & Gualteruccii q. Caudepontis massarii Communis Faventie & gestorum ipsius Communis Faventie actoris petentium & instantium, ratificavit & approbavit omnes & singulas solutiones factas pro parte dicti Communis Faventie procuratoribus ipsius D. Raymundi per quoscumque massarios seu personas dicti Communis de quibuscumque quantitatibus pecuniarum, & omnes confessiones, transactiones, concordias, pacta, promissiones & obligationes factos & factas pro parte ipsius D. Raymundi eidem Communi seu ejus massariis & sindicis, & etiam dictus D. Raymundus dixit & confessus fuit se habuisse & recepisse a Gualteruccio q. Caudepontis massario dicti Communis Faventie libras trecentum Bononiensium parvorum pro complemento & integra satisfactione totius ejus, quod debebatur seu debetur a dicto Communi Faventie de summa undecim milium librarum Bononiensium parvorum, tam pro se & D. Philippo judice de Mevania olim judice provincie Romandiole generali, & Fastio de Montaguto olim potestate*

& capitaneo civitatis Fa
dazzo, quam pro suis offi
& familiaribus suis olim
tam occasione talie olim c
bita, quam salariis debi
ctis regiminibus, quam
& commisse in dicta ci
dictum D. Raymundum e
familiares ac gentem res
A *mam & laudi lati per l*
Provincie Romandiole, e
io, liberans dictus D. R
nam stipulationem dictur
tianum, & D. Gualteru
ne dicti Communis Fave
tam. Et predicta omnia
in strata publica extra c
po ecclesiam S. Juliani e
lensis, presentibus D. P
Thederico de Salutaro,
judicibus, Mezzo Ugolini
fatore, Pugino q. Vidalai
B *Lapo Scandazzo de Flore*
existentibus in dicto loco.
gistri Jacobi imperiali
ventinus & nunc notai
civitatis Faventie rogatu
Ex chartis Azzuriniis
Anno 1313. Petrus
portam dat ad libellum
& domum in urbe Fav
mæ, & terras in Nocet
Ex chartis ejus cœno
Anno 1313. Raineld
vennas mandavit Hugoli
C ut nisi intra decem dies
de Manfredis restitueret
tis, quæ fuerant, quondat
tis de Marcoaldis, illu
nicatum declararet, &
ecclesiastico supponeret j
Erat Franciscus de M
vitatis Faventinæ.
Ex tabulario archiep
7682. & apud Rubeum
Anno 1313. Electio
Hippolyti & Laurentii
Faventina ecclesiastica f
D Ex tabulario dicti k
pag. 292.
Anno 1314. *Die sec.*
Frassani se agnoscunt es
ventinorum.
Apud Tonduccium pa
Anno 1314. Petrus
portam dat terras ad lil
Jacobus abbas vineam i
Ex tabulario ejus mo
Anno 1314. *Quarta*
Concordia altera inter e
ne Faventiæ circa 39
E prati in fundis Selbeaa
Rathauni, prati Arsica
patum per emptionem,
cta olim a Matthæo ep
mune autem Faventiæ
ex iis tornaturiis. Qua
rardi de Zambeccariis j
ni Potestatis Faventini
ous concordatum fuit,
relaxare triginta quinq

rum decem Bononienfium, & hoc fub penfione omni menfe quattuordecim Florenorum veri ponderis folvenda dicto thefaurario. Actum in civitate Faventina in domo Matthæi Fagnoli. Johanne filio Ture de Stagia notario.

Ex tabulario Azzurinio Sacc. VI. Indictio mutatur menfe feptembri.

Anno 1315. Marcus præpofitus Faventinus & Girardettus canonicus renuntiationem bonorum
A fpectantium ad Capitulum recipiunt; præfentibus Dominico archipresbytero S. Andreæ & Donatino presbytero S. Johannis Rotundi.

Ex tabulario Capitulari.

Anno 1316. xxiv. *februarii indictione* xiv. Teftamentum Benvenutæ q. Bencoveri uxoris q. Jacobi Salechæ de capella S. Severi, quæ reliquit monafterio S. Mariæ foris portam terras in loco Ridriolo juxta viam, Manfredum de Medicis &c. Cavaloverio q. Benvenuti de Monte-alto cive Faventino & notario.

Ex paginis Azzurinis Sacc. VI.

Anno 1316. xxvi. *martii indictione* xiv.
B Severus abbas S. Mariæ foris portam renovat libellum Benvenuto procuratori conventus presbyterorum civitatis Faventiæ de terris in Donisilio plebatu S. Petri in Lacuna. Cavaloverio q. Benvenuti de Montalto cive & notario Faventino.

Ex chartis ejus monafterii fafc. VIII.

Anno 1316. xxvi. *maji*. Palmerius findicus Severi abbatis S. Mariæ dat ad libellum terras in Mutiliana & in Sidro plebatu S. Andreæ in Panigale.

Ex paginis ejus loci fafc. VIII.

Anno 1316. vi. *menfis feptembris indictione*
C xiv. Domina Catharina comitiffa filia ... domini Hugolini olim domini Pantolini de Corrugonno, & nunc uxor illuftris viri D. comitis Alexandri de Romena Thufciæ Dei gratia Palatini vendit magiftro Cordefco medico, qui fuit de Eugubio, & nunc moratur Faventiæ, dimidium unius refedii cum domibus in eo conftructis pro indivifo cum forore fua Agnefina uxore magnifici viri D. comitis Thaddæi de Monte-feltro, quod refedium eft in civitate Faventina in capella S. Terentii, pretio quinquaginta librarum Bononienfium. Actum in caftro Calamelli, Baffa judice & notario.

D Ex archivo Azzurinio Sacc. VI.

Anno 1316. Homodeus rector S. Michaelis de Trebana fidelitatem præftat Matthæo abbati SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia.

Ex tabulario dicti monafterii T. V. Ann. Cam. pag. 299.

Anno 1316. Marcus præpofitus Faventinus, Donatus, Lucius, Gerardellus & Jacobus canonici Faventini; Andreas rector ecclefiæ S. Mariæ de Caffanigo.

Ex tabulario Capitulari.

Anno 1317. Francifcus de Manfredis conftruit caftrum Gvanaroli cum voluntate comitum de Cunio dicentium terrenum effe eorum juris.

Ex chronico veteri MS. apud Cavinam *Relica* pag. 67.

Anno 1317. Hugolinus epifcopus Faventinus intereft confecrationi epifcopi Cerviæ.

Apud Tonducc. pag. 389. qui fub hoc anno mentionem facit Johannis legiftæ Faventini: Johannis Faventini Summa Decreti extat in Bibliotheca S. Francifci Faventiæ, ut adnotat

rat Maurus Sartius in Historia Universitatis Bononiensis pag. 289.

Anno 1317. Andreas q. Ugonis de Vidiliana abbas S. Johannis baptistæ de Acereta facit procuratorem suum fratrem Jacobum de Sancta Perpetua vicarium episcopi Faventini, ut interesset concilio Provinciali celebrando Bononiæ ab archiepiscopo Ravennate.

Ex tabulario archiep. Ravennæ. Caps. P. 8027.

Anno 1327. *Die secunda mensis maii indictione quintadecima pontificatus Johannis pape XXII. in terra Castrocarii. Sapiens vir dominus Rolandinus de Parma judex generalis super Maleficiis Provincie Romandiole pro S. R. E. pro tribunali sedens ad bancam commisit & mandavit Fusco Plazario ac publico trombatori in loco consueto & publico dicte terre Castrocarii alta voce exclamet, & in bannum ponat infra scriptos & quemlibet eorum, videlicet comitem Albericum q. comitis Bernardini de Cunio, comitem Baldovinum q. comitis Raynerii de Cunio, comitem Zannem q. comitis Brandeggiati de Cunio sub pena librarum duarum millium Bononiensium pro quolibet, & universitatem & Commune & homines castri Cunii & ejus territorii, & homines & personas ipsius sub pena librarum quatuor millium Bononiensium, qui infra terminum quinque dierum peremptorie assignatorum comparere debeant coram D. Rolandino judice predicto in dicta terra Castrocarii in palatio ad bancum juris ad se defendendum & excusandum a quadam inquisitione contra ipsos & quemlibet ipsorum facta, videlicet quod ad aurem & notitiam dicti judicis fama publica & famosa pervenit, quod predicti comites Cunii, universitas, Commune & homines castri Cunii & ejus territorii, & homines & persone ipsius omnes armati armis offensibilibus & defensibilibus coadunati simul deliberate & appensate ex proposito, campanis pulsatis cum vexillis & aliis insigniis fecerunt insultum & impetum adversus & contra Ser Vannem de Stagia notarium & officialem thesaurarii regii in predicta provincia Romandiole, Petri scilicet clare memorie Hierusalem & Sicilie regis filii comitis Elbuli & provinciarum Thuscie, Lombardie & Romandiole & comitatus Brittonorii, necnon & totius partis Guelfe Italie regionis vicarii regii & capitanei generalis, & duodecim milites stipendiarios domini Comitis, qui cum ipso ser Vanne iverant occasione exigendi taliam dicto comiti seu militibus & peditibus ejus stipendiariis debitam, & contra ipsos clamasse: Capiantur, capiantur, moriantur moriantur, ipsos fugatos & post ipsos currentes per plura milliaria semper clamando post ipsos, rumorem, tumultum & seditionem faciendo & concitando gentes de locis circumstantibus ad arma, tumultum & seditionem, & nisi predicti ser Vannes & socii aufugissent, ipsos vulnerassent & occidissent, ac per eos non stetit predicta committendi in prejudicium officii regii & domini Comitis, & magnum periculum & detrimentum dictorum officialium & stipendiariorum, turbando etiam pacificum statum dicti castri ejusque territorii, & locorum circumstantium, & predicta fuerunt anno presenti & de mense aprilis in territorio dicti castri; ac ipsis non comparentibus infra dictum tempus ut supra assignatum, prefatus D. Rolandinus judex sedens propter ipso-*

rum contumaciam ipsis ba
nantiavit & fecit comites
um & Zannem ac ipsoru
ri de tota provincia, & .
rum Bononiensium, & p
& homines in pena libr
Bononiensium applicandaru
quod nulla civitas, castru
alia persona audeat vel pr
A *libet eorum receptare sub*
stitutionibus curie generali
& cuilibet liceat eos off
pena, & si quo tempore
cia curie supradicte, puni
ipsius Provincie. De predi
lis rogatus fuit ser Menz
Mentii de Forolivio curia
notarius anno predicto M
v. die xv. mensis novemb
nis D. Alphonsi de Vaslo
in dicta Provincia locum
tenerio, presentibus Ubald
B *Perino de Flagnano testib.*
Ex tabulario Azzurinio
Anno 1328. Hugolinu
concedit fratribus ordinis
S. Mariæ in Curte, vu
na, quibus adjuncta alte
pi & Jacobi.
Apud Tonduccium pag
Anno 1318. Idem ep
condit pro presbyteris pa
ventinarum.
Apud Tonduc. pag. 17.
Anno 1318. *Johannes*
C *vorum Dei venerabili fr*
salutem & apostolicam be
lectorum filiorum potestatis
nis Faventie nobis exbi
dudum dum dicta civitas
bellini vulgariter nominar
dem Gbibellinorum exigen.
meriis atque culpis civit
rectoris in Spiritualibus a
tate fuit ecclesiastico supp
que postmodum parte alia
ter nuncupatur, qui tunc
tem tandem regressa, &
D *pulsis ex ea, civitas ipsa*
subjectione Romane eccles
pro parte dictarum Potesta
munis fuit nobis humilite
ipsi ex dictorum Gbibellin
meriis seu culpis puniri
ritualis sententie tenere
linquentes, providere ipsis
no remedio dignaremur.
sis notitiam non babemus
apostolica scripta mandam
ti potestas consilium &
jusmodi non dederint inte
E *eisdem in excessibus contu*
dictis se prestiterint succes
pena lata in Gbibellinis
sit merito propaganda,
auctoritate nostra poteris
nioni octavo kalendas aug
anno secundo.
Ex tabulario Azzurin
cius refert similes literas
ritualibus provinciæ Rom

Anno 1319. xv. *aprilis indictione secunda. Venetiis in generali capitulo annuale O. Hierosolymitani in domo hospitali S. Johannis. Conventio inita inter procuratores dicti ordinis & sindicum Communis Faventie super concessione dadum facta fratri Margarito preceptori hospitalis S. Sepulcri civitatis Faventine de una posta moleudini positi in burgo porte pontis in canali Communis a clusa Communis de Garnata, & super concessione facta eidem fratri Margarito aqueductus ad ipsum canale & unius vie ad eundum & redeundum ad ipsam clusam, & totius illius terreni, quod dictum Commune habebat ab utraque parte fluminis vallis Marzani, & ad predictam clusam pertinet, & super eo quod promisit idem Margaritus Communi Faventie clusam predictam manutenere. Johanne Buccofideli de Faventia notario.*

Ex paginis Azzutiniis Sac. VI.

Anno 1319. Johannis papæ XXII. Breve ad Faventinos, ut obediant episcopo Atrebatensi Bernardo rectori Romandiolæ *pridie kalendas octobris pontificatus sui anno iv. in Avenione.*

Apud Tonduccium pag. 391.

Anno 1319. *Die xxviii. octobris indictione secunda in claustro canonice Paulani.* Homines scholæ Paulani constituunt in eorum procuratorem ser Petrum de Amideis de Forolivio. Tano q. Johannis de Paulano notario.

Ex paginis Azzutiniis Sacc. VI.

Anno 1319. *Decima decembris indictione secunda actum Faventie super caminata nova monasterii S. Marie foris porta.* Ægidius clericus electus in rectorem ecclesiæ S. Apollinaris de castro Rainerio hujusmodi electionem acceptat. Cavalevero notario.

Ex tabulis Azzutiniis fasc. VI.

Anno 1319. Frater Zanellus ordinis fratrum Pœnitentium Faventiæ suo testamento reliquit terras in Duliolo monasterio S. Mariæ foris portam.

Ex chartis ipsius loci fasc. VIII.

Anno 1320. *Die vii. februarii indictione iii.* Girardinus trombator sindicus Communis Faventiæ sindicario nomine locat Petro q. Aldobrandini de Faventia ejusque sociis baratteriam & biscazariam civitatis Faventiæ, & omnium burgorum ejus & totius territorii intra circlas pro uno anno pretio librarum 327. Bononiensium parvorum, cum conditionibus & privilegiis, quæ describuntur. Giraldo q. Aldobrandini notario.

Ex membranis Azzutiniis Sacc. VI.

Anno 1320. xxvii. *maji indictione iii.* D. Ugolinus monachus S. Barnabæ de Gamugno electus in rectorem ecclesiæ S. Crucis & S. Marci de Monte-sedoli portæ Ravennianæ de Faventia a D. Meglore priore S. Barnabæ suam electionem acceptat, & promittit annuatim dare dicto priori centum panes de frumento in festo S. Barnabæ in signum subjectionis. Johanne q. Gante de Ghisulphis notario.

Ex archivo Capitulari.

Anno 1321. Hugolinus episcopus Faventinus synodum diœcesanam celebrat. In ea inter cetera statuit; *Beatorum Confessorum Emiliani pontificis, & Rentii Levitæ in civitate & burgis, ad quorum corpora veneranda in suis propriis ecclesiis residentia Dominus cotidie miranda dignatur ostendere,* festa esse celebranda; insuper *Sanctorum archiepiscoporum Ravenne, & Sanctorum Titularium ecclesiarum suffraganea-*

rum metropoliticæ ecclesiæ Ravennatis.

Apud Tonduccium pag. 393.

Anno 1321. Renovatio libelli terrarum in Roncozorzoli sub Severo abbate S. Mariæ foris portam, & domus in capella S. Severi. Alia libellario magistro Francisco medico filio Intendi a Saxoferrato portionis domus, quæ fuit magistri Cordasci medici in capella S. Terentii.

Ex membranis ejus monasterii fasc. VIII.

Anno 1321. *Indictione IV, in majori ecclesia Forlivii*. Aliquot acta in causa inter abbatem S. Mariæ de Crispino ordinis Vallis-umbrosæ, & inter Commune Faventiæ coram D. Cypriano priore Camalduli de prope Forlivium, & D. Frescho archidiacono Forliviensi delegatis apostolicis circa talias dicti Communis, quas a præfato abbate solvendas instabat dictum Commune, dum abbas se exemptum profitebatur. Andrea de Orsellis de Forlivio notario die xx. decembris.

Ex membranis Azzuriniis Sac. VI.

Anno 1321. Frater Palmerius ordinis S. Crucis Fontis-avellanæ rector ecclesiæ S. Blasii de Ravenna locat presbytero Jacobino rectori ecclesiarum S. Mariæ & S. Bartholomæi de Taibana quoddam tenimentum. Actum in choro S. Mariæ foris portam.

Ex tabulario Capitulari.

Anno 1321. Amatus abbas S. Benedicti in Alpibus mittitur in possessionem ecclesiæ S. Clementis in Laguna a Nicolao rectore S. Mariæ in Porticu nuntio Raynaldi archiep. Ravennatis.

Ex archivo archiep. Ravennæ Caps. J. 4088.

Anno 1322. *Indictione* v. Vacante ecclesia S. Andreæ per mortem Donatini archipresbyteri, Marcus præpositus, Leucius, Fuscus, Berardettus & Benedictus canonici Faventini constituunt in archipresbyterum Johannem rectorem ecclesiarum S. Johannis & Nicolai de Sillioo.

Ex tabulario Capitulari, ubi etiam memoratur Guido rector S. Salvatoris.

Anno 1322. Vacante ecclesia S. Mariæ de Taibano D. Rengarda abbatissa S. Andreæ de Ravenna cum suis monialibus commisit vices suas D. Severio abbati S. Mariæ foris portam Faventiæ, qui elegit D. Palmerium rectorem S. Blasii de Ravenna in rectorem de Taibano, præsente Ægidio S. Apollinaris de Castro-Rainerio rectore, & Nerio rectore ecclesiæ S. Laurentii de Posterla civitatis Ravennæ, & fratre Guidone de Saxoferrato.

Ex tabulario Capitulari. Eodem die, scilicet tertia junii, eadem Rengarda cum monialibus suis constituit per mortem Jacobi rectoris de Taibano Severum abbatem in suum procuratorem.

Ex eodem tabulario.

Anno 1322. Andreas abbas SS. Hippolyti & Laurentii de Faventia.

Ex chartis ejus monasterii.

Anno 1322. Instrumentum quietantiæ 2000. librarum ad favorem aliquot civium Faventinorum.

Appd Tondo cium pag. 393.

Anno 1322. Johannis papæ XXII. Breve ad Franciscum Manfredum XII. *kal. augusti pontificatus sui anno sexto Avenione*; pro solutione talliæ Rectoribus Romandiolæ.

Apud Tonduccium pag. 394.

Anno 1322. XIV. *decembris indictione* v. *Faventie sub logia palatii populi in domo gabelle*.

Perucius q. Almerici de
pro Galeotto & Maghi
mi de Zanzonibus feci
rius petendo libras duo
vorum in Bononinis gr
teruccio q. Caudepontis
lici de Manfredis & ali
Alexandro q. magistri
Ex membranis Azzu
A Anno 1323. D. Seve
Merita Sanctorum Martyrum, quorum sanguine, ac testimonio catholicam fidem confirmatam, & matrem ecclesiam illustratam cernimus, nullis quidem satis digne præconiis extolli queunt. Quicquid enim cogitare humana mens valet, aut lingua exprомere, minus est, atque remotius ab ea laude, quam sibi tot athletarum Christi agmina per diros cruciatus, & inaudita mortis genera compararunt, quæ si quis æquare se posse dicendo putet, in medio conatu facile deficiat, vel balbutienti similis inveniatur. Non tamen idcirco eorum laudes omitti, ac reticeri debent, ut, si non possit humana imbecillitas totum persolvere, quod æquum foret, suam in eo, quod valet, gratitudinem testetur. Sed animi prorsus ingrati manifestum illud indicium est, qui magnis obstrictus beneficiis, si aliquam potuit, nullam retulisse gratiam depræhenditur. Quis autem animo, nedum oratione complecti beneficiorum magnitudinem, & pretium queat, quibus nos innumerabiles martyrum exercitus affecere, qui adversus truculentam tyrannorum immanitatem, & efferatam rabiem pro Christi gloria, & pro asserenda illius vera, & unica religione fortissime dimicantes tot palmas, tot triumphos laureati reportarunt? Quique felici cruore in omnibus terræ partibus effuso hanc nobis Rempublicam, cujus caput est Christus, pepetere? Qui cum gentes essemus, ac in tenebris, & umbra mortis versaremur, aditum nobis ad veram lucem, & salutis iter aperuere? Hæc sane tanta sunt, ac tam grandia censeri debent, ut ad referendam gratiam nulla vis, nulla mortalium facultas cogitari, nedum par inveniri queat. Agendæ nobis ergo sunt illis eo modo, quo possumus gratiæ, quæ satis quidem amplæ videri poterunt, si voluntas ipsa, quantas liceat, agendi, non defuisse constabit, cujus rei non obscura legentibus signa se efferent, si ardens quoddam studium in explicandis eorum memorabilibus gestis scribentis gravitas, & narrandi fervor ostenderit. Scripsi ego superioribus annis, & adhuc scribere non cesso, Sanctorum quidem non paucorum vitam, & res memoratu dignas: sed omnes illi ex eorum fuere numero, qui more christiano Confessores appellantur, uno excepto Beato Theodoro insigni martyre, quem clarissima Venetiarum Civitas, antequam Sancti Evangelistæ Marci corpus in eam adveheretur, præcipuum sibi, ac tutelarem Divum habuit, ac diu venerata est, cujus marmorea cum Dracone, quem interemit, effigies in altera ex duabus ingentibus columnis in ipso Beati Marci Foro conspicitur. Venerabile autem illius corpus in eadem urbe in templo Salvatoris, quod ibi celeberrimum est, requiescit, cujus nos vitam, & præclara facinora, rogatu patrum, qui ibidem commorantur, hac ipsa æstate a nobis descripta Venetias misimus. Cum autem in amœnissima, & mei amantissima Urbe Faventiæ in æstu anni essem, & Beati Terentii, qui cum aliquot ibi Sanctis religiosissime, ac peculia-

ri quadam veneratione colitur,
sem, & eam operam Faventio
pergratam animadvertissem, ac
ex eo collegio non paucos, fore
liquorum, quos, sicut ostendi,
civitas ipsa prosequitur, vitam
describere, putavi non alienum
jam annorum instituto, & studi
iis quoque describendis operam
clero, & universæ civitati de r
ritæ præstitissem, & eorum quo
gratiam, & favorem, ut sperab
ciliassem. Capto igitur tali cor
ligenter, ut libri admodum vet
ro ecclesiæ Faventinæ mihi co
quo, sicut aliorum multorum sa
quam Confessorum vitæ continen
Beati Sabini, quem Savinum c
nominat, martyrium inveni, qu
nor illis est, quos Faventinus
ctis omnibus velut præcipuos L
sibi colendos etiam publico vot
illud martyrium parce admodu
jejune, descriptum offendi, & c
totam illius, ut maxime optab
ineunte ætate seriem repererim.
moleste ferrem, ut qui valde
de tanti martyris laudibus posse
quædam pauca diligenti vestigati
cum ad initia illius adolescenti
suis a me locis inserentur. Qu
ciora legenti videbuntur, quam
ret, vel inclyti martyris hujus d
rita exposcerent, non mihi, sed
dum putare debebit, qui supe
compendiosius descripta illius ge
didere. Nostrum non fuit quic
quod historiam corrumperet, &
quæ ante scripta sunt, fidem. Si
ditum diligens lector deprehende
vertendam historiam, sed ad e
tum id additum fuisse intelliget

BEATI SABINI MARTYR[I] SCOPI VITA ET RES

ALto Divinæ providentiæ con
suisse credimus, ut adver
Christi ecclesiam reges terræ passi
quorum sævitia usque adeo perti
cæpta in apostolos persecutio, mu
pore supra quingentos a passione
perduraverit, ut nulla orbis terr.
serit, quæ sacro martyrum eruo
fuerit. Nam, quo magis tyran
versus jam pubescentem illam in
abolere de terris christianum non
hoc magis corda fidelium ad d
lam, & latius diffundendam acce
sane factum est, ut procedente
jam singuli, aut pauci sese ultro
bus subjicerent, sed agminatim,
dum exercitus, ut Thebeorum
dilaniandos se gladiis in Christi

tibus strages? Ditatum est coronis cælum innumerabilibus, totque triumphis illustrata est ecclesia, quot magis cogitatione complecti, quam verbis explicare quispiam queat. Cum igitur effusa in omnes terras tyrannorum procella sæviret, monstratus Venustiano Hatruriæ Præsidi, cum aliquot de clero, Sabinus Episcopus. Vir autem sanctissimus, & eximius pro fide Christi præliator Sulmonem habet patriam
4 Pelignorum Metropolim urbem vetustissimam, quam aliquot seculis ante conditam Urbem Romam posuere, qui post excidium Trojæ cum Ænea duce in Italiam venere, a cujus ex sociis uno, qui Solymus est dictus, nomen est urbi inditum, de quo in fastis Ovidius.

Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Pauca hæc diximus, ut antiquissimæ illius patriæ claritatem ostenderemus, quam licet insignis poeta Ovidius multum illustraverit, qui de se loquens ait, Sulmo mihi patria est, multo tamen
3 natus ibidem Martyr illustriorem fecit. Hic parentes habuit genere quidem, ac opibus claros, sed idolorum cultores. Sabinus autem adolescens, qui christianam fidem adhuc puer imbiberat, cum liberius, ac tutius uni, ac vero Deo maxime cuperet, patriam, ac parentes clanculum dereliquit, a quibus postmodum missis per diversa loca exploratoribus frustra quæsitus est. Cum autem Ravennam pervenisset, & locum, ubi tuto latere posset, perquireret, sylvam ingressus est in agro tunc Faventino, quæ ab Urbe Ravenna XVI. passuum millibus distabat, ubi tuguriolum sibi, in quo habitaret, extruxit, qui locus tunc sylvæ campus, & vulgo Libbæ dicebatur, a qua solitudine cum jam aliquot ibi annos commoratus esset, cælesti nuncio retractus est. Nam veniens ad eum Angelus, sic allocutus est. Sabine, jubet tibi Dominus, ut de solitudine ista in apertum exeas, & Assisium te conferas, & ibi fidem tuam prædices, ne diutius tamquam lucerna sub modio delitescas, sed ut super candelabrum luceas, & fructum afferas in patientia. Nihil moratus jussum Divinum executus est, ubi Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, populum ad Christi fidem convertit. Erat ignitus ardore charitatis, & vehementi desiderio lucrifaciendi animas illius sermo mira venustate, & quadam cælesti facundia suffultus, mirifice hominum pectora demulcens, & in corda penetrans, quem velut aliquod cælo demissum numen suspiciebant omnes, ac venerabantur. Cujus sanctitatis in tantum crevit opinio, & totius populi favor, ut eum sibi Episcopum summo consensu Civitas elegerit. Ad eam promotus dignitatem nihil quidem pristinæ sanctitati adjecit, nam adeo jam creverat, ut castissimi illius mores, & anteactæ vitæ cursus nullum amplius recipere posse incrementum viderentur. Sed curam altiorem, & vigilantiæ studium agitare animo vehementius cœpit, sciens quantum onus secum Episcopi nomen afferret. Frequentibus igitur declamationibus populum commonefaciebat, ad amorem Dei accendebat & proximi, documenta dabat, quibus sciret unusquisque quomodo in via Domini progrediendum foret, ac perseverandum. Egenorum præcipuam gerebat curam, & ægrotantium, & Divina gratia, &

virtus, qua plurimum pollebat, morbos, qui nulla ope humana curari poterant, sanabat. Ita multis clarus miraculis illustre sibi nomen comparaverat. Hinc factum est, ut ad Venustianum, quem supra ostendimus Thusciæ tunc præsidem fuisse, sancti viri fama perveniret, qui ut erat sanguinis & ipse sitiens christiani, misit continuo, qui illum in vincula conjicerent, ac diligenter custodirent. Venit postmodum ipse Assisium, & in medio foro pro tri-
A bunali sedens sanctum ad se virum jussit adduci; Adductus est cum duobus Diaconibus Marcello, & Exuperantio, qui cum eo in vincula conjecti fuerant. Interrogatus de nomine: Sabinum se vocari ait. Servus, an liber esset? respondit: Servum se Jesu Christi esse, fuisse antea, & deinceps futurum. Quo autem honore inter suos fungeretur, ait: Episcopum se esse. Isti autem duo, qui te usque ad mortem comitantur, quinam sunt? Mei sunt, inquit, Diaconi, & Christi conservi. Tunc Venustianus, quæ te adeo authoritas fecit auda-
B cem, ut contra Principum nostrorum jussa, & edicta Christum prædices, hominem suis flagitiis Cruci affixum, & interemptum? Quem tu tamen pro Deo colendum asseras? Et ita falsis persuasionibus imperitam multitudinem a veteri, in quo nati, & instituti sunt, Deorum cultu avoces? Hic intrepido vultu, ac voce Sabinus: Ergo tu nosti Christum esse mortuum? Nihil ad hoc Venustianus; infenso enim animo jam tormenta cogitabat, quibus innocentissimum virum afficeret. In hæc igitur verba prorupit. Utrum malis elige, necesse est enim, aut te Diis immortalibus sacrificare, aut per
C diros cruciatus vitam finire. Non blasphemares, inquit Sabinus, si veram agnoscere, ac intueri lucem velles, & credere Christum, quem veri adoratores colunt, Dei esse filium, qui carnem ideo assumpsit nostram, ut genus humanum redimeret, & morte sua mortem captivam redderet, & sanguine, quem in Cruce ubertim effudit; contractam primorum vitio parentum labem ablueret. Hæc si audire velles, & credere, non lapides, non ligna, non aurea, vel argentea Deorum inanium simulachra coleres. Venustianus autem: Ergo Dii non sunt, quos colimus, & quorum patroci-
D nio Romanum floret imperium? Non sunt Dii, Sabinus inquit, sed Dæmones, quibus qui exhibetur cultus, prorsus inanis, & perniciosus est: quod ut ita esse intelligas, jube tuos huc afferri Deos. Jussit ille, & continuo ex illius cubiculo allata est cum accensis lampadibus, & vociferatione plaudentium ministrorum Jovis ex pulcherrimo lapide statua miro quidem ornatu decora; quam ubi Venustianus in suas reverenter manus accepit, ad Sabinum conversus ait: Ecce noster hic Deus est, cujus Numine protegimur, ac tuti sumus. Subridens vir Sanctus; stultus, & vanus est, inquit, iste,
E exhibere lapidibus honorem, quem vero Deo rerum omnium conditori debes. Ergo Dii non sunt hi? præses ait. Respondit Sabinus: Jam dixi, non esse Deos, sed inania Deorum simulachra, quod si permittis, faciam, ut manifeste ita esse intelligas. Permitto, inquit præses. Tunc Sanctus Episcopus acceptum Jovis simulachrum prius habita brevi oratione allisit ad pavimentum, atque confregit. Quod ut vidit Venustianus, dolore, ac ira velut furore

correptus frontem suam percussit
vit dicens, amputentur subito
qui Deum Jovem confringere a
tim amputatæ sunt; quod cerni
& Exuperantius Diacones form
At Christi athletarum fortissimi
dejectos animos adhortatione
monitis statim erexit, & confi
sumptis animis clamare conti
A pereant Dii gentium, & læte
tium Dominum, Venustianus a
sui fragmenta collegit, & in
composuit, ira ingenti, ac inc
tus suspendi in equuleo Marce
perantium jussit, dicens: Aut
tis, aut per diros cruciatus inte
rat Beatus Sabinus, qui eos c
confirmabat animos, & ad pa
rabat, admonens, quod in ev
dicit: Nolite timere eos, qui c
animam autem occidere non p
tem constanti animo supplicia
B laudabant. Cum deinde fustibu
ferentur, gratias Deo agebant
fecerat, qui pro eo, & sancta
paterentur, & sic ad æternam
rentur. Venustianus autem ter
batur, & ajebat: Deponite me
& diis sacrificate; perituri, si
Illi vero in tormentis fortiores
respondebant: Nos quidem Chri
in quo renovati sumus. At Pr
quidem vos renovabo. Tunc ju
ferreis raderentur eorum latera
poneretur: quod ubi factum es
C ad Dominum migrarunt, quor
pius præses in fluvium abjici j
sextum venerabilis matrona, q
& triginta in viduitate permans
ta, abscissas Sancti Viri manus
enim christiana; & in vase vi
tibus condivit. Hæc nocte ad
& osculabatur pedes, & illius
magna veneratione admirabatu
colebat, cumque nepotem hab
ptum, cui nulla medicorum re
sum amitteret, adjumento esse
Beatum Sabinum illum adduxit
D ta, quin ejus ope visum rec
Nec vana spes fuit. Nam cum
ctus, & super cæci oculos sua
petierat, ulnas extendisset, dix
periat oculos tuos, qui aliis l
uit, & sic tibi lumen intredu
hecum in terram introduxit
agnoscant omnes, quem christi
bilium omnium, & invisibilium
& verum Deum, continuo a
oculi, stupentibus, qui aderan
statim quingenti ex Gentilibus c
stum baptizati sunt. Nec tam
E celum potuit, quod extemplo f
Post dies vero duos, & trigint
viter ex oculis cæpit Venustian
quietem capere vi doloris, aut
Sed nec aliquam medici opem
autem audiret, cæcum a Beato
natum, uxorem suam, & duo
misit, qui reverenter, & l
rogarent, ut ad se veniret. Ac
cujus pedes Venustianum dom

Vidit Jesus lacrymas tuas, & preces audivit.
Jubet igitur, ut te statim Romam conferas,
ibique fidem, quam tuus frater sequitur catho-
licam discas, & baptizeris: quod ubi feceris,
ducem invenies, qui te ad fratrem tuum per-
ducet. Expergefacta virgo, ac insolito visu, &
sermone territa multo magis angi cœpit, in-
certa, quid ageret; cui ancilla, quæ ipsa evi-
gilans Angelum viderat, & audierat, quid est
A Domina mea, inquit, quod te adeo tristem, tam-
que animo suspenso video? Ait illa, rem inso-
litam vidi, & audivi, &, quid agam, incerta
sum. Cui ancilla, & ego, quid videris, & au-
dieris, novi. Tunc rem ordine totam narravit.
At Domina illius provoluta pedibus illam ro-
gavit, ne cui arcanum id Divinum panderet.
Dat illa fidem se tacituram, nec illi usquam
defuturam. Eadem igitur nocte Angelo duce,
nullo alio conscio iter Romam cœpere, ubi tres
commorati sunt menses omnia executæ, quæ
Angelus mandaverat, adeoque in fide Christi
superna illustrata est gratia Dioclitiana, ut et-
B iam miraculis ibi claruerit, & multos ægrotos
curaverit. Demum ab eodem Angelo commo-
nita, ne amplius differret fratrem suum per-
quirere, respondit, nescire se, ubi gentium es-
set. Ait Angelus: Egredere per portam novam
ad locum, qui dicitur Pratum Neronis, ibi du-
cem invenies, qui te Ravennam perducat. Pa-
ruit illa. Ubi vero ad monstratum pervenit lo-
cum, egenorum multitudinem reperit, quorum
misertta tres panes hordeaceos, quos pro viatico
solos secum attulerat, distribuit. Rem iniquo
animo tulit ancilla, & graviter conquesta est,
quod iter ingressa nihil sibi panis reliquisset.
C At blande illam salata virgo, bono jussit esse
animo, & Divinæ fidere providentiæ, quæ spe-
rantes in se nunquam deserit: affuturam præ-
sto, ne dubitaret, benignam Dei opem. Deli-
nita est illius oratione ancilla, & quievit. Tunc
sancta virgo pauperes illos, quibus panes divi-
serat, percontata est, sciret ne quispiam eorum
viam, quæ Ravennam duceret. Cæcus ex iis
unus impulsu, sicut eventus docuit, Divino re-
spondit, se quidem Ravennatem esse, & viam
monstraturum, si videret, ac illi ducem futu-
rum. Se oculis captum talem præstare operam
non posse. Tunc sancta virgo preces ad Deum
D fudit, ac illi visum impetravit, qui ubi lucem
intueri cœpit, incredibili gaudio exiliens, &
quantas potuit, Deo, & Sanctæ Virgini gra-
tias agens, ad pedes illius procubuit, & se il-
li ducem, & comitem, quocumque ire vellet,
obtulit. Dioclitiana, & ejus ancilla talem na-
ctæ ducem iter ingressæ post longi labores iti-
neris demum Cæsaream Ravennæ propinquam
Urbem devenere post Solis occasum. Ducente
vero Spiritu Sancto virginem, ad cujusdam Ma-
tronæ ædes se contulit, & ut ad hospitium
reciperetur, rogavit. Habebat Matrona illa
filiam graviter ægrotantem, cujus jam despe-
rata salus erat. Misit tamen ancillam suam il-
la, quæ diceret, se moriente filia non posse il-
li vacare, se quidem fuisse libenter illam hos-
pitio accepturam, sed in tanto mærore non
posse. Abi, inquit Sancta Virgo, & tuæ dic
Dominæ, ut me libenter admittat. Sperare me,
futurum, ut benignitatem erga se Divinam in
filia experiatur. Nihil morata ancilla virginem
intromisit, & ad dominam introduxit, quæ
morienti filiæ flens, ac gemens assistebat. Ubi
jacen-

jacentis puellæ cubiculum ingressa ast Docliciana, mira extemplo res secuta ast, nam puella, quæ expirabat, repente oculos aperuit, quos jam mortis obumbraverant tenebræ, & in hospitem suam fixit intuitum, moxque ad matrem conversa, soluto jam linguæ, cujus usum amiserat, vinculo, dixit, mater para huic hospiti cibum, & mihi; hujus enim adventu, & meritis sum vitæ, ac sanitati restituta. Quanta extiterit ex ingenti dolore, ac luctu lætitia illa, qua mater cum tota domo repente affecta est, facilius cogitari potest, quam dici. Ita Virginem suam Christus ubique comitatus est, ac illustrem facere miraculis voluit, a qua impetravit matrona, ut saltem biduum secum maneret, in quam contulit quidquid obsequii, & humanitatis impendi potuit. Tertia vero die Ravennam prætetiens, ducem suum, qui cæcus fuerat, ibi reliquit, ut quæ illius opera se non amplius indigere intelligeret, progrediensque, in quemdam militem, qui christianus erat, incidit, qui eam perconctatus est, quænam esset, & unde veniret, nam esse peregrinam ex habitu, & lingua cognoverat. Respondit illa, se christianam esse, & ex Campaniæ partibus ad quærendum fratrem suum Sabinum profectam, quam in iis locis commoratum esse audierat. Miles autem, quia christianus erat, & Beati Sabini cellulam in sylva, in qua diu habitaverat, non ignorabat, ad locum illam perduxit. Verum non invento, ut speraverat, & multum de Angelo tamquam ab eo delusa fuisset, conquesta, tanto dolore affecta est, ut fessum labore, ac mærore spiritum Deo reddiderit. Tunc Angelus, de quo modo conquerebatur, cum multitudine cælestis militiæ accedens: veni inquit Christi sponsa, ut, quæ de fratre tuo tibi sum pollicitus, persolvam. Aderis cum illo, & ejus præsentia perpetuo frueris. Tunc ancilla Dominæ suæ præsentia, & solatio in externis locis destituta, quanto sit dolore affecta, facile cogitare quilibet potest. At-

tamen lenita militis optimi præ
mone doloris magnitudine ad
minam curam convertit: Qua
Urbem reversus multitudinem
cum in sylvam adduxit, &
sarias ad famulam Dei Mondi
illi nomen fuit) diligenter co
bus annis in oratione, jejuniis
famulata est, & multas interi
A acquisivit. Beatus autem Sabin
cælestibus choris conjunctus, u
que conjungeretur, matronæ il
sepultum fuisse illum ostenditu
jussit, ut corpus suum jumento t
sororis suæ corpus sepeliret, di
te Mondina, quæ sororis meæ
te ad locum sepulturæ illius p
Mondina, & Serena, quæ Be
daverat, executa est. Sancti v
sororem sepultum fuit tertio i
B no ab adventu Christi CCCXX
culis innumerabilibus claruit.

SECUNDA CORPORIS BE
TRANSLATIO

SEcutis vero temporibus sacru
Faventiam translatum fuit.
sus est Deus sanctum martyre
congruenti honore fraudari. U
ri commodius, & convenienti
C lium mentes ad tollendum ex
co illum excitavit. Eustorgio
Tyberiaci, quod nunc Bagnac
& Fusignani comite, Faventin
cujus ditione tunc locus erat,
urbem suam illum statuit. M
honore, ac populi concursu tr
maria, & Cathedrali ecclesia
D in sepulcro ex candido marm
scit, & miraculis claret.



MILIANI
CONFESSORIS
T A
ANT. FLAMINIO
T A.

clarum fydus, tantam illi gratiam contulit, ut morum elegantia, & venuftate omnibus effet amabilis, & adeo quidem religionis cultor, ut omnium judicio, atque confenfu cenferetur dignus, qui ad facros ordines promoveretur, & Chrifti minifter fieret, in quo quidem minifterio brevi adeo profecit, ut in Epifcopum fibi fummo confenfu civitas deligeret. Ad eam promotus dignitatem, nihil habuit antiquius, quam fumma vigilantia omnem curam in fuum gregem intendere, ut acceptabilem Deo populum redderet verbo, & exemplo, faluti omnium ftudens. Carnem vero ipfe fuam, ne rebellem adverfus fpiritum experiretur, jejuniis, verberibus, vigiliis, & orationibus affidue domabat, nihilque omittebat, quod verum animarum paftorem, & fanctum Chrifti miniftrum deceret. Sed fancto illum ducente fpiritu miro cæpit teneri defiderio Romam profcifcendi, ut facram principis apoftolorum ædem, & alia infuper Sanctorum loca, & reliquias viferet, & adoraret. Romam igitur profectus eft, ubi tantum commoratus, quantum fuo poffet defiderio fatisfacere, ftatuerat, fi Dominus permitteret, in patriam, & ad fuum gregem reverti. Ubi Faventiam pervenit, vel labore fractus itineris, vel difficultate, vel quia decreverat Deus tanto thefauro præclaram urbem illam ditare, & magno illam protectore munire, non ultra progredi potuit; in ægritudinem enim incidit, fentienfque vitæ fuæ finem adveniffe, dixit: Hæc requies mea in feculum feculi; hic habitabo, quoniam elegi eam. Ita ægritudine paulatim invalefcente paucis diebus ad paratam fibi mercedem anhelans, beatam cælo animam reddidit. Ubi auditus eft fancti Præfulis obitus, Faventina civitas, quam Deus latere tanti viri dignitatem, & merita noluit, ampliffimo funere illum extulit, &, quo decuit honore profecuta eft, & apud Sancti Clementis ecclefiam fepelivit, ubi Deus miraculis illum clarefcere fecit, & ufque in hodiernum diem illuftrem facere non definit.

QUOMODO TRANSLATUM IN URBEM SACRUM ILLIUS CORPUS FUERIT?

ERat tunc extra urbis muros Sancti Clementis ædes. Supervenere calamitofa Longobardorum tempora, quibus tota Italia devaftata eft, quo tempore Liutprandus eorum Rex ingentem fecum trahens exercitum, ubi Faventiam venit tunc valde munitam, & pollentem opibus Urbem, &, ut femper fuit, bellica virtute præftantem, in fuam poteftatem vi redigere conatus eft. Sed, quod virtute non poterat, dolis aggreffus eft. Solemnitas Dominicæ Refurrectionis aderat, & ipfo die, quo fancti baptif-

ptismatis aqua consecratur, cum populi frequentia ceremoniis in æde Beatæ Mariæ, quæ, & ipsa extra muros urbis erat, intenta esset, hostis nactus invadendi occasionem capris duabus portis copias intromisit, & cum ingenti civium strage urbem diripuit, ac evertit. Post cujus discessum pauci, qui tantæ cladi superfuere, cives reversi cæpere urbem instaurare. Sed diu durantibus hujus tractus urbium, & totius Italiæ calamitatibus, & sævientibus Longobardis, intermissa est, ac oblivioni tradita sancti præsulis veneratio, adeo quidem ut, ubi sepultus esset, ignoraretur. Sed post longum tempus instaurata urbe, ac civibus frequentata, principatus urbis, & regimen ad illustrem Comitem Bernardinum, & præclaram ejus uxorem Theodelindam devenit; quo regente miro quodam modo Deus, qui diutius non est passus servi sui intermissum honorem differri, sepulchri locum patefecit, quod omnibus tunc ignoratum sub fœno latebat. Hoc in loco cum duo inter se sermocinarent, incussus est alteri eorum colaphus: quod ille indigne ferens, ratusque a comite, quia neminem ibi alium cernebat, incussum, contumeliis incessere illum cæpit; at negare a se factum: dumque altercarentur, ille, qui suspectus erat, majore colapho percussus est. Quare stupore, ac horrore ambo correpti cum circumspicerent, ac percussorem suum nusquam viderent, magnum aliquid tali prodigio portendi arbitrati sunt. Extemplo igitur rem ad antedictum comitem detulere, qui ratus Divinum aliquid in eo latere loco, misit continuo, qui terram foderent: Quod ubi factum est, inventum est saxum ingens, quo sublato, suavis odor omnia vincens aromata exhalavit: quod ubi nunciatum est Comiti, & per urbem vulgatum, ad spectaculum egressa est Civitas, ut Sanctum Corpus in urbem reducerent, præsto quoque totus affuit Clerus. Igitur plaustro summa cum veneratione impositum in urbem convectum est. Sed ubi ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ad quam vehebatur, propinquarunt, Boves velut exterriti, ultra ut progrederentur, nullis impelli stimulis potuere. Tunc Comitis uxor Theodelinda divinitus admonita, erat enim religiosa mulier, & magna vitæ pollens integritate ad virum suum conversa dixit: Non vult Sanctus iste templum hoc sine dote ingredi. Continuo igitur dotem illi magnum prædium constituere, & statim boves progredi cæperunt, & introductum in templum cum hymnis, & canticis sepulchro illatum est marmoreo, ubi Deus multis miraculis denuo Sanctum suum illustrem fecit, de quibus nonnulla recensere operæ pretium duximus.

Miracula quædam.

Audita miraculorum fama, mulier, quam Dæmon annos decem obsederat, de longinquis in Italiam a viro suo locis advecta, nec ad alias Sanctorum sanata reliquias, ubi ad venerabile sepulchrum perducta est, sublata omni mora eam Dæmon sospitem reliquit.

Faventinus homo, cui Petro Ruffo nomen fuit, magnam spem in Beato Æmiliano reposuerat, ac propterea sacrum illius sepulchrum crebro visebat. Is ex voto ad sanctum ibat Apostoli Jacobi sepulchrum. Ad fluvium quendam pervenit, quem eum na
statim intumuit tanto quidem
retrocedere, nec ultra progre
set, sequi enim aquæ cursum
tanto vitæ discrimine Favent
tam opem confugit, precande
lianum, ne se in tanto pericu
fuit ille, ac supplicem suum
qui cum eo erant, ad ulterio
lumem perduxit. Vicinum est
Solaroli Castellum. Nobilis e
immundo vexabatur spiritu: p
Æmiliani sepulchrum tridui s
qui volens aliquam Beato Æ
referre, certum agrum ejus e

Mulier ex eodem Castello n
mundo similiter spiritu vexab
ipsa ad idem sepulchrum fidei
Nec eam spes fefellit, nam
stanter ibi persistens liberata e
bilis Faventiæ familia ancillan
repente Dæmon invaserat, &
Eam illius domina Sancto Æ
donavit; qui ancillam sibi don
passus diutius vexari. Quare p
stinæ incolumitati restituta est
plebe, quæ dicitur Cathena,
Dæmonibus vexabatur, quæ a
miraculorum fama ad ejus ve
mente, ut non prius inde abi
raretur. Voti demum facta e
vigasimo quam venerat die i
reversa est. Puellam vir Fa
uxorem, quam cum Dæmon
xaret, putabat illam mania la
furore correptam. Sed hortat
propinquorum, quidquid id e
pulchrum duxit, ubi statim
festavit, & multum Beato A
virtute, ac meritis inde pelle
relicta incolumi puella discessit
addidero omni quidem admirat
digium, finem faciam. Faven
præter manus, & linguam d
re membra nequiverat, ante
in grabatulo jacebat. Hæc cu
tudinem populi ob miraculorum
atque frequentiam confluere
Æmiliani, per quem tot mira
tur, cur non permittis, ait, ut
ad te possim accedere, ac tuo
ticeps fieri? Vix verba finierat
ri omnium stupore, qui rei
spectaculo intererant, restitut
membris omnibus e lectulo su
randum tot jam illustratum
chrum ipsa quoque profecta e
quidem quamplurima horum
ri, nisi ex his, quæ retuli,
telligi, quanti apud Deum me
hic confessor, & quem locum
ritus fuerit adeptus: cujuspræ
tibus liberata calamitatibus F
experta est, quantum intra m
rum, quantum patronum, ac
stodiat, quem cum aliquot al
fortasse meriti, & gloriæ Sanc
similiter vitam scripsimus, pub
lendum statuit.

'LAMINII
TAM
I DAMIANI
ATIO.

pueritiam quoque illius excitatum est. Nam defunctis parentibus unus ex fratribus, qui natu erat maximus, cum uxore sua miris exagitare illum modis aggressi sunt, & velut in abjectum mancipium, execrabilem contemptum, & sævitiam exercere. Cibos tace o suibus convenientiores, quam homini. Nullus corpori cultus: Vestitus erat sordidus: nudi pedes: omitto cætera, quæ vix in extrema inopia in mendico dolerea. Prætereo verbera, pugnos, & calces, quibus frequenter affectus est, & alia multa vix dictu, & auditu, nedum visu tolerabilia. Sic acta est illi pueritia. Ubi vero adolescentiam attigit, nihilo melior illi conditio accessit. Hinc facere conjecturam licet, quod ad porcos missus est pascendos, ubi quam dura omnia sit passus, cogitet, qui ea, quæ præcessere, noverit. Sed Divina providentia sic suum exercere athletam, & experiri voluit, ut ad uberiorem gratiam omnia hæc illi accumularet, & ex tam ignobili, atque adeo despecto toti demum ecclesiæ suæ gloriosum redderet. Quibus autem initiis ad id pervenerit, operæ pretium est nosse. Unus ex fratribus pietate, qua debuit, fratrem complexus tracta e illum humaniter excepit, ac diligenter curare, ut litteris erudiretur, in quibus brevi tantum profecit, ut suis etiam doctoribus admirabilis fieret, cumque liberalibus artibus apprime esset instructus, ut jam erudire alios posset, confluere ad eum undique multitudo discentium cœpit, & quotidie magis crescente fama, & populi favore opibus etiam augeri. Verum, ne terrenis illecebris irretiretur, Divina cavit providentia, cui mentem immisit terrena prorsus contemnendi, & mirum injecit cælestium desiderium. Studia igitur humana paulatim deserens, & Divinis invigilans, sub mollibus, ac delicatis vestibus gestare cilicium cœpit, jejuniis, orationibus, ac vigiliis curam intendere, & assiduis macerationibus cogere carnem spiritui parere. Cumque juvenilis interdum calor insurgeret, & acribus ætati ejusce stimulis ageretur, intempesta nocte iretus sibi e lecto surgebat, ac domo egrediebatur, & se fluviatili aquæ immergebat, donec algore nimio membra rigerent, & ita prorsus cum noxio calore molles illi calores evanescerent. Egenorum inopiam eleemosynis sublevabat, convivio parebat, & suis ipse manibus illis tamquam Christo ministrabat. Sed altior illi jam cura insederat, & cogitatio ad ineundam rationem, quomodo liberius, & attentius amotis secularibus impedimentis Deo famulari posset: Deus autem ipse, qui mentem illi talem immiserat, viam quoque statim monstravit, qua suo satis desiderio faceret; in duos enim Monachos ex iis, qui Eremum Fontis-Avellanæ (id enim loco nomen erat) incidit, quibus, quid animo egitaret, & cuperet, aperuit. Quis vero

ad eorum Abbatem jam Sancti Viri fama pervenerat, lætanter illi excepere, & suo sermone multo magis desiderium illius accendere. Discedentibus autem illis pretiosum, quod suo Abbati offerrent, donare conatus est vas quoddam argenteum, quod ut acciperent illi, nullis precibus adduci potuere. Admiratus ille tantum eorum rerum terrenarum contemptum, multo magis Christi paupertatem amplecti decrevit, ac prorsus mundanis rebus, & omnibus earum illecebris renunciare. Sed priusquam se ad antedictam Eremum conferret, & monasticam ibi vitam iniret, experiri voluit, an vitæ illius asperitatem, quæ quanta esset, audierat, perferre posset. Quamdam igitur ingressus cellulam, quadraginta se diebus in ea exercuit, corpus suum omnibus, quos acceperat, modis macerans, & affligens. Igitur multo magis in sententia confirmatus tempus observavit, quo posset commodissime salutare consilium exequi. Tunc de suis bonis necessaria quædam sibi assumens, insciis omnibus suis, ad optatam Eremum clam iter arripuit; ubi magna cum lætitia, & hilaritate receptus traditus est uni ex senioribus de more instituendus, quem ubi ad cellulam perduxit, exutum vestibus, quas secum attulerat, in cilicio illum ad Abbatem reduxit; qui continuo jussit eum cuculla indui. Labare inter hæc ejus animus cœpit, pæne facti pœnitens, tamquam nimium ad ista festinasset, cum prius debuisset experiri, quid in monasterio posset. Sed mox resipiscens, accusata velut ignavia quadam sua, & sancta oblivione propositi, quo impulsus venerat, ut in tali austeritate corpus edomitum spiritui, ac suavi jugo Christi subjiceret tamquam fortis athleta spiritalibus armis accinctus pugnæ ultroneus obtulit, in qua quantus extiterit, ea, quæ sequuntur, ostendant. Sic enim continuo corpus cœpit affligere, orationibus, jejuniis, vigiliis, & aliarum varietate macerationum atterere, nullis exercitiorum monasterii laboribus parcere, ut diu in monasterio versati, & exerciti mirarentur, ac se ipsos velut ignavos accusarent. Libet hoc loco vitæ formulam monasterii illius sanctissimi describere, ut, quantæ se austeritati beatus vir subjecerit, constare possit. Erat ante omnia hujusmodi institutum, ut bini per singula commorentes cubicula die, noctuque spiritali certamine velut in acie dimicantes numquam brachia remitterent, psalmodiæ incessanter, orationi, ac lectioni, nec non inediæ, ac obedientiæ armis accincti, ita instructi adversus aereas potestates dimicabant. Inediæ vero, quam abstinentiam vocant, modus hic erat. Quatuor in qualibet hebdomada diebus pane vescebantur, & aqua, tertia feria, & quinta pauxillum leguminis addebant, idque in sua quilibet cellula coquebat. Diebus autem, quibus decretum erat jejunium, nulli adhibitum licebat panem sumere, sed solumodo, quantum decreta patrum jubebant. Vinu nulli permittebatur, præterquam in sacrificio, aut in ægritudine uti. Nudis pedibus tam hyeme, quam æstate incedebant. Caligarum nullus erat usus. Cæteris vero spiritalibus exercitiis, & verberibus, genuflexionibus, & prolixis ulnarum in crucis modum extensionibus, prout cuique fervor erat, virtusque, vacabant. Vigiliarum vero morem hunc servabant, ut signo tempestivius dato, post quædam alia, totum antequam illucesceret, psalterium

percurrerent. At sanctus vi
dato communi signo, exter
veniens, quidquid noctis po
rat, excubando transigebat,
jussus obibat. Cum præter u
excubias, perniciosum capiti
adeo quidem, ut vix breve
posset. Quare post adhibita r
restitutus, mitior in se, ac
A pit. Raro igitur post psalmo
diens, lectioni vehementi stu
tantum brevi profecit, ut di
tum claresceret, quantum i
ante claruerat. Quo factum
jussu apud monachos, qui u
declamatorio more crebro ve
rei crescente fama, venerabi
nus ad ejus Abbatem nuncio
rogarent, ut fineret illum a
quot secum dies commorari
maniter, ut charitas poscebat
& moribus; ac vitæ sanctita
B verbi, quod ex illius ore n
bat, pabulo adeo quidem alle
cti sunt monachi illi, quoru
numerus, utpote centum,
nium ad suum redire mona
fuerint. Sed jussu magistri f
obedientiæ inviolabilis illi cur
set, teneri ultra non potuit.
Sancti Vincentii monasterium
quod quidem celebre monaste
nachorum copia frequentius c
lustre, tanto monasticæ auste
uæ erat admirabilius, ubi ne
C Domini cultor aliquandiu e
Ejus autem magister, qui
profectu, nec non prudentia,
tæ illius integritate lætabatur
ut Eremi procurationem post
cusavit ille, quantum potuit,
Sed urgente obedientia, diutiu
luit. Accepta igitur loci ad
circumspicere, ac diligenter pe
monachorum collegia congreg
rum Dei numerum augeret:
diu, ac diligenti vestigatione
locis Eremitica monasteria ext
D ti, in Perusino, ubi cellulam
inhabitasse Beatum Romualdun
in Ariminensi agro, nec non
bus vicinis inter se locis, p
Gamunium, posteriori vero Ac
autem his procurandis, atque
intentus esset, suum tamen,
se se abdiderat, monasterium
& præcipuam illius curam g
quoque adibat monachos, &
ria plurimum consulabatur, &
Deo quotidie magis accendebat
ire non poterat, epistolas, au
E bat. Sed non suorum tantumo
rum quoque monasteriorum ta
nis omnium pater curam g
assidue quibuscumque posset mod
augere. Non debeo silentio pr
standæ sanctitatis illius exempl
nobis Faventino in loco, cui A
mus, fuit nomen, contigit.
polis unum, qui aquam sibi
hauriret; attulit ille; ubi sanct

paulum processisset, comes, & dux itineris eum deseruit, & tenebræ noctis erant densæ, & iter ignorabat. Tristis, & anceps quid ageret, ignorabat, nec progredi, nec retrocedere, si vellet, viam noverat. Igitur rogare Deum cæpit, ne sibi deesset, cumque progrediens paulatim ad bivium pervenisset, ambigebat, quonam iter suum dirigeret. Ingressus demum ex duabus viis alteram, cum paulum processisset, cæpit jumentum nolle progredi, nec stimulis cogi, ut progrederetur, poterat. Tali victus pertinacia illi habenas remisit, & quo vellet ire permisit, cumque jam illucesceret, ac circumspiceret, vidit, se ad loca perventum nota, & mirifice lætatus est, & Deo, quas decuit, gratias egit, nec dubitavit, se magistri sui meritis, quo cupiebat, esse perventum. Alium deinde nuncium, ad quemdam episcopom mittebat. Is ad rivum pervenit, in quo brevis quidem erat aqua, sed circa ulteriorem ripam altum inerat cænum, & adeo tenax, ut nullo conatu inde posset equus pedes educere; cum nulla evadendi alia ratio monstraretur, precatus est Deum, ut meritis ejus, a quo mittebatur, sibi auxilio esset, ut cæptum iter prosequi posset. Vix finem precibus fecerat, quando equus saltu in siccum exiluit. Verum, cum jam tanti viri fama, & prodigiorum magnitudo diffunderetur, & sanctitatis illius opinio quotidie magis cresceret, Stephanus Nonus Pontifex maximus ad se illum vocavit, ratusque quod erat, talem virum in ecclesia Dei valde necessarium, & magnum lumen futurum, aliis multis Episcopis idem sentientibus, & hortantibus, eum Episcopum fecit reluctantem, ac prorsus renuentem. Videbat enim se solitariæ quietis, in qua modo divinæ contemplationi, modo sacræ lectioni, & aliis spiritalibus exercitiis jugiter vacabat, suavitate privari, & iterum ad civilem strepitum vocari. Sed cum nec cæterorum præsulum adhortationes, nec excomunicationis minæ quidquam proficerent, demum Pontifex, qui nullo pacto inventum thesaurum dimittendum putabat, obedientiæ imperio in suam illius sententiam traxit, & arrepta illius manu, annulo, & virga, quæ dignitatis essent episcopalis veluti pignora, insignivit, & Hostiensi ecclesiæ præfecit; ita quidem, ut ipse postea dicere solebat, adimpletum est, quod ante triannium in somnis viderat. Putabat enim, clarissimam sibi sponsam locari, quam nec dimittere sibi copulatam, nec libenter posset aspicere. Humiliter igitur gravi nimium, ut putabat, jugo colla subjecit: & quamquam jacturam se consuetæ contemplarionis magnam facere arbitrabatur, attamen præteritorum dispendia lucris eorum, quæ secutura erant, compensabat. Cæpit ergo summa vigilantia in commissum sibi gregem curam intendere: crebris adhortationibus, & declamationum frequentia in viam dirigere salutis, & in ea continere, & miro cupiens desiderio omnes Deo lucrifacere, nullum habebat personarum discrimen; omnium erat unus; benignus, suavis, & cunctis amabilis. Sed vicissim mira in eum populi reverentia; mirus amor & observantia. Audiebatur autem tanta cum attentione, ac voluptate, nec non admiratione, ut unus videri posset cœlo demissus Apostolus. Quod mirari minime oportet: tanta enim viri spectata omnibus vitæ sanctitas, & morum integritas, & in dictis, factisque omnibus gra-

vitas, ut maximum pondus inesset verbis, & omni melle ex illius ore manaret oratio. Hoc etiam luculenti, qui extant, sermones testantur. Quare saluberrimæ, ac facundissimæ illius declamationes nunquam adeo longæ contingebant, quin audientibus brevissimæ viderentur, & nihil avidius, & attentius audiri posset. Nullus illum delassabat labor. Habiturus ad populum sermonem noctem pœne ducebat insomnem, nec sibi parcebat, cum sæpe numero A febre laboraret, immo robustior tunc videbatur, atque facundior. Diem Dominicæ passionis venerabilem admodum, ac jejunio colendum in tota provincia reddidit. Nec non horarium Beatæ Virginis officium, & canonicos ritos, quorum desuetudo paulatim irrepserat, ad pristinam observantiam restituit. Ad tollendam vero simoniacam labem, & Nicolaitarum hæresim, quæ non solum alia loca, sed & ipsam Romanam urbem sic infecerat, ut vix, qui reprehenderet, ullus extaret, plurimum laboravit, atque profecit. Ob eas pestes a Pontifice Max: etiam Mediolanum missus, ubi sic quidem inoleverant, ut non sine ingenti labore, ac ma- B gno vitæ discrimine tollere illas tentaverit: Adeo enim in Pontificem Romanum elati, & contumaces facti erat Mediolanenses, ut exorta ingenti concertatione populi, & cleri, clamantium indignissimam, & minime tolerandam rem afferri; Ambrosianam ecclesiam, nec fuisse antea, nec debere deinceps Ecclesiæ Romanæ subjectam esse. Sanctus autem vir collecto in ecclesiam populo, & indicto silentio evidentissimis rationibus, & sacræ scripturæ testificationibus, & auctoritatibus, quibus ejus facundia vim adhuc majorem addebat, planum om- C nibus fecit, Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum principem, & caput esse, & Pontificem Romanum jure divino conctis præesse; quam sane prærogativam ipsius Salvatoris ore adeptus sit, cum dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis. Quæ autem, inquit, provincia per omnia terrarum regna dici queat ab hac ditione, ac potestate extranea, cujus arbitrio ipsum quoque cœlum aperitur, & clau- D ditur. Cæteras quidem ecclesias, cujuscumque dignitatis exstiterint illæ, qui instituit, homo quidem purus fuit, Romanam vero ecclesiam solus ille fundavit, & super petram nascentis fidei extruxit, qui beato Clavigero terreni simul, & cælestis regni jura commisit. Illius ergo privilegio Romanus Pontifex fungitur: Illius auctoritate fulcitur. Quare, quisquis ille est, qui audet principis ecclesiæ ejus auctoritatem labefactare, haud dubium est, injuste illum agere, ac sibi male consulere. Nam, qui Romanæ ipsius ecclesiæ privilegium ab ipso summo ecclesiarum omnium capite concessum infringe- E re conatur, is proculdubio in hæresim labitur, fidem quippe violat: Qui ergo adversus illam insurgit, quæ mater est fidei; & in illum contumax deprehenditur, qui eam cunctis ecclesiis præesse, ac imperare voluit. Efficax fuit tanti viri oratio, & in corda hominum penetravit, & majori se potestati sublata contentione submisere. Sed cum diligens fieret sacrorum ministrorum inquisitio, vix quisquam repertus est,

qui ad sacros ordines sine
set. Magnis ob hoc sanctu
tur; videbat enim tam fa
tam nobili, & ampla urbe
prophanari, ut sic quidem
Christianam putaret; sed er
indulgere paucis, cum fere
pa communis; nec æquum
in eos proferre sententiam,
nium causa. In tanta igitu
tus, quia non poterat sine
lius mala ecclesiæ salva ca
corrigere, studuit saltem per
finem imponere, ac provider
tuita esset ad sacros ordines
igitur tam ab Archiepiscopo M
a cæteris, qui aliquo apud
officio, inviolabilem sponsione
ceps omnis illa simoniaca lab
colaitarum hæresis prorsus ab
conciliatis, atque compositis
ut non omnibus passim restit
di officium, sed iis dumtaxat
morum gravitate, ac honest
tur. Cæteris autem sufficere
sanctæ per divinam gratiam
qua fuerant divinæ sententiæ
etiam ipsi, quibus ministrandi
est, non ex male parta veter
ex beata principis Apostolorun
in Beatum Apollinarem usus
Accipe Spiritum Sanctum, si
tum, ad ministerium recepti
ter attigimus, ut ex iis cæ
qualia exstiterint, unusquisqu
iam possit, nam persequi om
se arbitror, qui quidem in San
quam desistebat, quidquid pr
insolens emergeret prorsus tol
re. Quidquid autem pium,
madvertebat, ad Christi gloria
quibus quidem omnibus Divin
exuberans aderat gratia eum
quid admittendum, quidve ag
agendum foret canonicis sanct
Non facile verbis consequi q
quot, & quantis Deo gratis
ctus effulserit, aut pauperum
aut nudos vestiendo, aut visit
afflictos consolando. Frequent
limina egeni, quorum alios ref
distributa stipe dimittebat læto
re vacuus ab illius janua rece
illi mos erat, ut XII. paupe
ret. Siqui erant, qui ingrabat
ticularem eorum curam gereba
quempiam iis deputabat, qui a
saria subministraret. Ita bona
na sunt pauperum, in usus p
propriis parcens sumptibus, &
nefaciebat ministros dicens. S
rissimi omnia ista ecclesiæ bona
peccatorum pretia. Quare sum
est, nequid horum, aut avarit
quavis negligentiæ incuria Ch
subtrahatur, quibus debetur, q
siduum est. Cum igitur nobis
bus juvari egeni, & foveri p
exquirite, siqui sint, qui vicio
ient, quisve fame, aut alia q
borent, quibus si necessaria mi

servabatur, nec quisquam, nisi inevitabilis necessitas incideret, prius sibi calceamenta induebat, quam totum psalterium complevisset. Scoparum quoque cum in loco, quod capitulum vocant, susciperent, quam cœnobitæ disciplinam vocant, cuncti jejunium panis, & aquæ servabant. Sed & sextam omni tempore feriam præter paschales, & alios solemnes dies eadem tam disciplina, quam jejunio ob Sanctæ Crucis reverentiam venerandam exhibuit. Hæc autem tanto quidem religiosorum hominum approbata sunt consensu, ut illud etiam illustre montis Casini monasterium ea omnia sibi servanda statuerit, & inter sua regularia præcepta conscribi voluerit. Libet hoc loco visionem referre, qua mirifice in observatione sextæ feriæ confirmatus est, &, quia illam ipsemet descripsit, ejus verba subnectam. „ In ægrotantium cella senex quidam pater erat Leo nomine, qui jejuniis, psalmis, orationibus insistebat attentius, & licet corporeis esset viribus effætus, juvenili tamen fervidi spiritus erat vigore robustus. Hic proxima nocte, qua statuenda erat hæc censura jejunii, vidit per somnum magnum in ecclesia chorum consistentium fratrum, qui nempe præclaris candidis vestibus luculenter induti, dulcisona satis, ac melliflua melodiâ concentus suavitate cantabant, illud scilicet Allesuja, quod dicitur: Dulce lignum, dulces clavos &c. Videbat etiam, quod per omnes Refectorii mensas panes erant appositi, & specie nitidi, & nectarei gustus sapore melliti. Inter fratres autem undique discumbentes erat vir præclarus, & insigni decore conspicuus, qui requisitus, unde tales advenissent panes, quorum scilicet similes eatenus non vidisset: Hi sunt panes, inquit, quibus filii Israel manna percipientes e cœlo aliti sunt in deserto. Hic quoque vir tulit mensam Abbatis, quæ occidentem versus fuerat constituta, & ad orientalem posuit refectorii plagam, ubi videlicet imago Crucifixi Domini fuerat in pariete per picturam expressa: Perpende ergo mysterium, & mysticæ revelationis intellige sacramentum. Quid est enim, quod laudes Crucis chorus ille psallentium melodis vocibus concrepabat? Nisi quia futurum erat, ut, dum in honore Crucis solemne jejunium instituerent, quas in dulces ei laudum modulos personarent. Hymnum quippe in Beatæ Crucis honorem decantat, qui ea videlicet die, qua Christus in Cruce suspensus est, jejunium celebrat, & quid est, quod melliti videbantur panes in mensa, nisi ut dulcia nimirum spiritus alimenta comederent, dum per amaritudinem Crucis dulces Deo laudum melodos resonarent. Tanto quippe dulcior gustus exoritur in palato cordis, quanto major amaritudo districtionis perturbat lasciviam carnis. Quid est etiam Abbatis mensam sub Christi Redemptoris pedibus ponere, nisi per jejunium sextæ feriæ, quæ dies Crucis est, totum refectorium salutiferæ Crucis signaculo dedicare? Et quid est sub Crucifixi Domini pedibus residere, nisi post ejus vestigia tendere, & per eum, quo nos præcessit, tramitem ambulare? “

